


Very rare


Surgeon General's Office
LIBRARY.
Section, Med Pract
No. 64195

PRINCIPIA MEDICINÆ,

EPITOME,

Et Totius Humani Corporis Fabrica ſeu ex Microcoſmi Armonia Divinum, Germen,

A D. D.

D. DIDACO OSSORIO, ET PERALTA, diu, iam Chirurgicæ & Anathomicę Cathedrę Methodicę & nunc Veſpertinæ in Mexicana Academia Moderatore, S. Inquiſitionis Tribunalis à Secretis Regaliſq; ergaſtatuli fideliſſimo Medico, & huius Novi-Regni Prothomedico.

1685.

¶ CVN LICENTIA.


Mexici, apud Heredes Viduæ Bernardi Calderon.


NRA S D GVALPE



SANCTISSIMAM

Deigenitricem ſine originali labe
W ❦ conceptam ❦ W
VIRGINEM MARIAM DE GUADALUPE,
quam in periculoſis navigationibus
periclitans fixam inveni
PATRONAM;
Quam meis ab incunabulis, cordis viſceribus adiubantem Matrem elegi: & in meis humilioribus, ſtudijs præexcellentem ſemper habui miſericordem pro huius operis lucro, invoco in auxilium
Doctor D. DIDACVS OSSORIVS, & PERALTA olim Chirugiæ, & Anathomiæ Cathedræ, Methodique medendi, & nunc Veſpertinæ moderator: Sanctæ Inquiſitionis Aſigillo; Medicus, & huius Novæ=Hiſpaniæ Prothomedicus.



Quæ continentur in hoc opere notabilia.

1. Anothomia latino ſermone.
2. Tractatus de partibus.
3. Tractatus de diebus decretorijs, de ſignis, & de criſibus.
4. De morbo Sancti Lazari Hiſpano idiomate.
5. Anathomia lingua noſtra pro Chyrurgis non latinis.
6. Septem Aphoriſmorum libri Hippocratis ex litera Leoniſeni.
7. Tabula in qua omnes Aphoriſmi conſiliantur cum morbis in particulari.

Pro inſipientibus, tam in theorica, quam in praxi neceſſaria.

SEN-

SENTIR

del Doctor, y Maestro Don Mathias de Santillan Cathedratico jubilado de Prima de Philosophia de la Real Vniversidad, Canonigo Penitenciario, y Examinador Sinodal deste Arçobispado.

Ex.mo Señor

POR mandato de V. Ex. he reconocido los tratados, que presenta el Doctor *Don Diego Ossorio, y Peralta*, y no hallo inconveniente alguno para que se den à la Imprenta; este es mi sentir V. Ex. proveera lo que fuere servido. Mexico 12. de Febrero de 1684. años. *Dr. D. Mathias de Santillan.*

APROBACION

del Dr. D. Juan de Torres Moreno, Cathedratico jubilado de Prima de Medicina en la Real Vniversidad Presidente de el Prothomedicato deste Reyno.

Ex. mo Señor

EN conformidad del decreto de V. Ex. de ocho de Febrero passado deste año he visto estos tratados del Doctor D. Diego Ossorio, y Peralta *Cathedratico de Visperas de Medicina, y Protho-Medico deste Reyno: y hallo ser vtiles, y necessarios para los Estudiantes: por lo qual siendo V. Ex. servido puede dar premisso para que se den à la estampa: Mexico, y Febrero 14. de 1684. años*

Dr. D. Juan de Torres Moreno

EL Exelentissimo Señor Marques de la Laguna, Virrey desta Nueva-España &c. concediò su licencia por Decreto de 8. de Febrero de 1684. años para que se Imprima.

IVDICIUM

quod hac in re, de Superioris mandato, tulit Doctor Don Barnabas Diez de Corduba, & Murillo, in Alma Mexicanensi Gathedrali Metropolitana Ecclesia, pro sacrarum Scripturarum lectione ad Canonicatum Theologalem evectus, & in Archiepiscopali Curia pro Examinandorum delectu Synodalis præscriptus Censor.

PARI, & mentis indagine ad contemplandum, & animi alacritate ad evolvendum haud minore voluptatis oblectamento allectus delicati Operis Lenocinio; quam obedientiæ stimulis agitatus Ordinarij nostri Decreto obsequutus; delatum mihi ad censuram lubens degustandum adiui Opusculum medicale quod ex Vberrima Apollinis segete, fructibus quidem opimis maturescente germinavit Autumno ope, & conamine *D. D. Didaci ab Osorio, & Peralta*; qui iam diu Medicæ Palladis candidatus in

in hac Vniversitate Regali pridem, est Chirurgicæ, seu Anathomicæ, inde Methodicæ, postmodum Vespertinæ Cathedræ præpositus moderamini semel, ac iterum buccinata acclamatione Magister, ac insuper istius Novæ Hispaniæ Prothomedicatus infulis mercede regia insignitus : vt hocce, quod ea primitus compaginandum super scriptione à fronte circunfert; *Epitome totius humani corporis fabrica, seu ex Microcosmi armonia*; Apollineæ phalangis pallore auri irradianti vexillo conscriptis, medendi manuale assertoribus deferat luculentum, vbi humanæ structuræ interiori medullitus patefacto opificio, tota istius parvi mundi machina brevi negotio ijs penitus innotescat, ad quos huiuscemodi fabricæ languorum malleo luentis visa prorsus est reparatio spectare: Opus sane, & typis natum, & prælo ad publicam vtilitatem toto creditoris iure, sic functum quod nemini latere debet id vel ethnicis nequaquam insolitum iri, quandoquidem tabulas Hippocraticas, quas omnium Antesignanus, & Princeps ad viventium levamen operoso labore medicatrices affatim coagmentaverat; no iam debilibus fragilis paginæ passi sunt exarari elementis, verum gloriosiori Asiæ Vniversæ templo Dianæ apud Ephesum consecrato ad piarum ædium parietes appendendas solertissimè tradiderunt. Potissimum quia res medicas scripturà posteritati mandare nulli profecto sive statui, sivè concitioni, vel præcelso sanctimoniæ culmine sublimatis, vel dignitatis supremæ exaltatis fastigio, vel generosa quavis professione eminentibus, dissonum vnquam, vel aliquantisper apparuit; quominùs Autor vir aliâs Clericali militiæ adscriptus, & sacris aris Sacerdotij Sancti decoramine mancipatus, tanti muneris auctoramento in huiuscemodi peritiæ dogmatibus ad Reipublicæ bonum cudendis refragari videatur; quin immo obsequij multum divino Pnæumati conciliare quemadmodum plerique præstitere Sanctorum, non modo qui medicandi victitantes industria ab omnibus, eius rei Professores noscuntur; vt è Martyrum exercitu candidato Cosmas, & Damianus Arabes, Egææ sub Diocletiano, Vrcisinus Ra-

vennæ ſub Paulino, Pantaleon Nicomediæ ſub Maximiano: immò & Lucas ex Chriſti Domini Evangeliographis vnus Antiochenus Scriptor Bithynniæ ſub Iuliano, qui que terrarum alibi tormenta fortiter ſubeuntes generoſi effuſione cruoris pallidas ſuæ Minervæ infulas ad ſacrarum efferentes alborem; tyrannidis virulentæ febrim, qua huius Mundi Principes æſtuabant, medullitus reſtinxerunt, non inquã cæleſtis tantumdem aulæ hinc militis recenſiti, qui dum Peregrinos in præſenti agerent Babylone, pro victu adhæſerãt Æſculapio, thalamum ſuo munere nobilitarunt Appollinis, vetum etiam è triumphantium confeſſionis apud Cælicolas laurea, non nulli, pia ad corporum medellã monumenta cõdentes, idem apprime conſecraverunt ſtudium; vt Sampſon Præſbyter Sæcularis Conſtantinopolitanus inter Græcos in ſuo Mænologio adeò celebris quod in die ſibi ſacra, apud nos in Martyrologio Romano quinta ante Kalendas Iulias, â Iudicijs, cæteriſque forenſibus prorſus vacabant vt tradit in ſuis notis Baronius, & nomine, & ſancta Purpura Cæſaris. Is ergo non aliter, ac Iuvenalis conſpicuus Narnienſium Antiſtes nec medicinæ in hiantes à ſanctimonia vllatenus aberrarunt. Columbanus inſuper non minus vitæ candore quam Ieſuatorum erectione clariſſimus inter alia, quæ ſuis Alumnis ædificationis molimina non illud inferius aquas videlicet medicinales, & ex herbis diſtillare, & ad ægrotantium levamen, ſervare præſcribit. Queis Petrus Vlyſſiponenſis edoctus Epiſcopus Tuſculanus medicinæ doctitudinem, quã pollebat, non eſt dedignatus ad Pontificatum aſſumptus (vbi Ioannes XXII, eſt nuncupatus) teſtari, ſiquidem vniverſæ Eccleſiæ candelabro præfulgens ad tantæ altitudinis exaltatus faſtigium ab aliquot Canonibus in artis huiuſce gratiam & problematibus non deſtitit conſcribendis. Nec Gregorius ille Nazianzenus Præſul ſacerrimus, qui antonomaſtica cunctorum vociferatione Theologus eſt acclamatus, & collapſam Conſtantinopoli fidem reſtituit; indignum tulit ad rei medicæ promotionem ſcriptis aliquantulum immorari vt Auctor eſt Beyerlinckius in ſuo magno theatro tomo 5. vbi

idem

idem planè, de altero refert, non inferioris nominis in Ecclesia splendenti columine, illo nimirum Ioanne qui Damasci, tum sanctitate, tum sapientia, & orbi, & floruit empireo: quam obrem de proficuo adeo medendi libello feror edicere pro iudicio omni venire ex parte graphicæ perennandum maximopere cum nullum, sive Religionis Ortodoxæ nostratum integerrimæ puritati, sive morum desideratæ honestati, sive rectè, benèque vivendi probitati subodorari queat nocumentum, quidplam ve animarum valetudini destructivum afferre: immo exemplar obiicere ad ædificationem labentis corporis valde perspicuum, quippè quod totum illius referat Microcosmum. Vnde quod de Constantinopolitano suo Medico Sanctissimus quondam Parens Gregorius ille Romanus Confessione Magnus, Doctoratu maior, & maximus Pontificatu, qua scatebat altitudine eloquij buccinarat scribens; non in congrue valet Mexiceo nostro adaptari. Illum enim quadruplici commendans epistola vt patet ex ipsarum Registro tomo 4. gradum ad quadragesimam libri 4. perficiens; optimè theodori indoli, sanitati mentis, & animi puritati, quainiuncti sibi muneris incumbebat studio scriptorum, operumque suorum splendorem, & gratiam queis cunctos demulcebat alliciens, luculenter attribuit: *Hoc tua opera, hoc scripta testantur, hoc de præsenti expertus sum, hoc te & hominibus amabilem, & omnipotenti Deo dignum in perpetuum faciat. Quia enim virtutum mater est charitas id circo bonos operum fructus profers, quia ipsam eorundem fructum in mente radicem tenes.* Tanto ergo Gregoriano præconio inoffenso valet pede Theodori nostri opusculum hocce decurrere, vt pote ex radice charitatis culta quidem mente rore virtutis erumpens, atque adeo valentioris vbertatis fructus præmittens optatos, maturum vndequaque debet prorsus iudicari graphiario. Sic censeo Mexici die 27. Aprilis M.DC, LXXXIV.

Dr. D. Barnabas Diez de Corduba, & Murillo.



EL Señor Doctor D. Diego de la Sierra Canonigo Doctoral desta Metropoli, Consultor del Santo Officio de la Inquisicion, Cathedratico propietario de Decreto en la Real Vniversidad, Juez, Provisor, y Vicario General, Governador deste Arçobispado por el Il.mo Señor Doctor D. Francisco de Aguiar, y Seixas del Consejo de su Magestad Arçobispo de Mexico Concediò su licencia para la Impression deste Libro vista la Aprobacion de atras del Señor Canonigo Doctor D. Bernabe Diaz de Cordoba, y Morillo por Auto de 28. de Abril de 1684. años ante Bernardino de Amezaga *N.rio publico.*



PROEMIVM.

DIficile ſatis agredimur opus (STVDIOSI, & PERITI) in incognitum ſatis, humani corporis partium examen ingredimur; ſed nobis Deo propitio, eiuſque lucidiori gratia flugentiſſima Matre MARIA DE GVADALVPE. Protectrice omnia ſi, & difficilima luce clariora, & facilima innotecent, & quia tractatus veritatem, & brevitatem inquiro in vtriuſque exordium ingredior. Valete.

 *SECTIO I.* 

Inquirit quid ſit Anathomia, quas aferat vtilitates?

ANathomia nomen arabum eſt; idem Latinis ac divitio ſonat; ideoque in communi eſſialiter, his verbis definitur, *Anathomia eſt partium ſimplicium, & inſtrumentalium corporis humani recta divitio.* Optima enim eſt definitio quia per verum genus (vt lydivitio oſtendit) & per veram diferentiam (vt reliquæ particulæ conmoſtrant) traditur.

Anathomia, alia eſt vniverſalis, reſpectu totius corporis, particularis reſpectu alicuius membri, aut

regionis alicuius silicet, cerebri, pectoris, aut ventris inferioris, &c.

Deinde Anathomia vt sic: pars est essentialissima medicinæ, & est duplex docens, & vtens vtraque est scientia, quia *est evidens cognitio rei per caussas, & demonstrationes, sine formidinine acquisita*: alia est practica, & alia speculativa. Speculativa est *quæ sistit in vera partium cognitione, & contemplatione, in tota latitudine ipsarum*. Practica est *quæ ad opus reducitur per manus opera regulas, & præcepta rectæ divitionis*: nam si prœmialia huius tractatus desideratis, discurssum, facile, vt veri Phylosophi, potestis facere: interim igitur ad alia progrediamur.

Quas afert Anatomia vtilitates.

Vtilitates, quas afert Anathomia. 1.a Est vt qui eam callet laudes Deo optimo, & maximo, pro contextura, & compositione corporis humani, & recto consensu partium redat. 2.a Est cognitio cuius libet partis in proprio citu, figura, numero, & magnitudine, instantu sanitatis, & morbi secundum propriam temperiem, aut facultatem, aut actionem, &c. 3.a Est quod ex cogitione partium recta resultat, quo modo vna pars per propriam vicinitatem, aut munus ipsius aliam per consensum lædat. 4.a Locum afectum luce patentiorem redit, vt doctus, aut rationalis Medicus parti affectæ medicamento indicato sucurrat: sunt, & aliæ vtilitates quam plurimæ quas vos in experientia invenietis.

SEX-

SECTIO II.

Quid sit corpus humanum, & partes ipsius?

CORpus humanum, *est vnum totum substantiale expluribus aut diversis partibus exornatum cum recto ordine, & organisatione completum.* Optima corporis humani definitio vt discurrendo per singula definitionis patebit, vbi advertite Anatohmiam non respicere formam substantialem informativam corporis in hac specie rationali, aut cadaveris; sed totum corpus, vt completum ex partibus integrantibus, & constituentibus eum sub forma corporeitatis (à quantitate in distincta) nam respectus alius, & consideratio corporis diverssa ad alias scientias spectabit.

Circa definitionem partis, aliæ quam plurimæ sunt definitiones, sed quia nullam intēdo in hac epitome controversiam movere; tantum modo definitionem Galleni referam lib. 1. de vssu partium cap. 1. per hæc verba. Pars est *quæ neque vnde quaque sircuscriptionem habet propriam, neque vnde quaque coniuncta est alijs*; in qua definitione, descriptive, & improprie locutus est Gallenus, & patet quia prius est esse quam sircunscribi: ergo non eam exquisitissime definivit neque per primarium conceptum, preter quam quod omnis pars dicitur ad aliud: ergo per propriam circunscriptionem non bene definitur, sed quia brevitatem desidero sic propriam par-

Definitio partis. tis definitionem accipite. *Pars est corpus toti cohærens communi, etiam vita coniuctum, ad illius functionem, & vsum comparatum*, quæ definitio vt optima est amplexanda, primo quia per primarium conceptum explicat essentiam partis, deinde quia traditur per verum genus, & diferentiam, vt patet per ly *corpus*, quod se habet vt genus, & reliqua se habent vt diferentia, vt magis in subsequentibus patebit.

Vnde in primis dividitur pars in similarem, & disimilarem 1.ª Homogenea, & simplex est, *& est corpus cuius partes eandem habent definitionem, & nomen cum toto*: & huius modi sunt (ex Galleni doctrina lib. citato de Vssu part. per totum) *cutis, membrana carnossa, adeps, fibra, tendo, os, cartilago, ligamentum*, & si quæ aliæ sunt huiusmodi. *Pars simplex.*

Pars cõposita. seu instrumentalis. Disimilaris autem, quæ dicitur secunda, etherogenea, & cõposita *est corpus cuius partes, non habent eandem definitionem, & nomen cum toto*, vt pes, manus, cor, & caput, &c. Quia quælibet pars capitis non est caput; sicuti pars quælibet ossis est os, sed sirca venas, nervos, & arterias valde est dicidium inter Authores Medicos; an sint partes similares, vel instrumentales? Quam controvertiam in tractatu de partibus (Deo favente) exagitabimus.

Ex quibus infero 1. quod in omni parte devet, Medicus aut Doctus Chyrurgus considerare temperamentum partis proprium, quod consistit in primis

mis qualitatibus, deinde quod ſequitur ipſum temperamentum, vt mollitiem, duritiem, raritatem, denſitatem, figuram, magnitudinem, numerum, & ſitum, deinde actionem cuiuslibet partis, an ſit propria, an communis? Nam actio propria illa dicitur, quæ vni tantum parti, aut membro competit, & non alijs veluti viſſio in oculo (mediante humore chryſtalino) chylificatio in ventriculo, ſanguificatio in hepate, & ſpirituum vitalium generatio in ſiniſtro venticulo cordis, & ſpirituum animalium in cerebro.

Actio communis dupliciter accipitur, vel enim eſt communis, quia in omnibus partibus reperitur, veluti actio facultatis atractricis, retentricis, concoctricis, & expultricis, quæ in ſimplicibus, & compoſitis reperitur partibus, vel actio eſt communis, quia vniverſſo corpori aliqua virtute ſuccurrit communi, vt actio ventriculi reſpectu chyli, & actio nervorum in ſenſatione arteriarum in ſpiritũ vitalitate, venarum in delatione ſanguinis, vt docet Gal. lib. 1. de Vſſu partium cap. 21. & 13. & ratio eſt, quia hæ partes dependent ab alijs pricipibus, tanquã ex fontibus cõmunibus, & vniverſali corpori neceſſaris, ad eius conſervationem; nam nerbi principiũ, & originem ſorſiuntur à cerebro, arteriæ à corde, & venæ à iecore: queis ita explicatis, vt recte corporis Anathomiam aſſequamur á principali cerebri membro incipiamus, quia in omnibus ſemper à capite tanquam

Actio eſt cõmunis duplex.

quam à superiore gubernatore, & Prælato est incipiendum.

 SECTIO III. 

De partibus componentibus caput.

Caput. CAput est *pars corporis superior, in qua recidet facultas animalis cerebri, & rectrices Animæ,* componitur ex partibus continentibus, & contentis, continentes dicimus, quæ alias continent, & contentæ quæ ab alijs continentur, vt facilius componentes externas, & internas partes apellemus.

Partes continentes. Partes continentes sunt quinque, scilicet, cutis adeps, membrana carnossa, pericraneum, & craneum; cutis vel est non vera, & dicitur epyder mermis, quæ ex super fluitatibus veræ cutis generatur, vel est vera, quæ dicitur dermis generata ex substantia rariori, & porossa, cui accedunt venæ capillares arteriæ, & ramusculi aliqui nerborum, & est temperata in complexione, & sensatione, deservitque, vt honeste vniverssum corpus sircunvestiat.

Membrana. Membrana carnossa est tela 1.a quædam ex substantia media genita, inter membranossam, & carnossam substantiam, composita ex carne, & fibris, constansque venis, nervis, & arterijs; hæc igitur interius sircunvestit, vniversum corpus, vt eius vicera ab aliquibus alterationibus defendat, & est in complexione similiter temperata.

Adeps. Adeps est quasi oleum coagulatum genitum ex

cra-

craciori ſanguinis parte recepti in membris frigidis; & ideo incalidioribus partibus minus generatur pin guedinis, diſtenditur, in partibus nerbioſſis, vt humectando, conſervet prædictarum partium calorem naturalem; caret ſenſatione, & motu ita Gallen. lib. 1. de temperament. cap. 1.

Pericraneum *eſt tela quædam nervioſſa, craſior, denſiorque, quæ oſſa capitis ſircunvolbit, & muſculos temporales vincet, ac tegit*, originem habet à tela; quæ dicitur *dura Mater*, & eſt in complexione frigida, & ſica. *Pericraneum.*

Craneum ſumitur protota capitis ſircum volutione, & componitur ex octo oſſibus, quorũ primum dicitur os coronale; duo pariettalia, quæ ita dicuntur, quia ſunt, quaſi duo parietes, & ingeruntur in vno & altero latere, in coronali: duo petroſſa, quæ ſunt extra aures, talia dicuntur, quia duriora ſunt, & quaſi petræ; ſextum occipitale dicitur, & eſt in poſteriori parte capitis, & cum oſſe vacilari vnitur (quod apud vulgum dicitur cerebrum, & nuca apud alios) Vltimum dicitur os criboſum ad ſimilitudinem cribri habentis duo foramina, aut meatus quibus aqua, aut licor inſtilatur, & eſt in anteriori parte capitis, ex quo nares eformantur, habetque duo foramina, vnum ad dexterum latus, alterum ad ſiniſtrum, quæ dicuntur collatoria, quibus cerebrum expurgatur, & ſuffumigia, & herrygnum, & reliqua olfactoria amplicantur. *Craneum.* *Octo ſũt oſſa capitis.*

Commissura. Ossa igitur hæc crancum componentia vniuntur inter se medijs quinque commissuris, quæ idem sonant ac iuncturæ, quarum prima dicitur sagitalis in medio frontis, ad similitudinem sagitæ; alia coronalis, & occipitalis alia hæ igitur dicuntur veræ commissuræ; ad distinctionem aliarum, quæ dicuntur non veræ, vt sunt duæ aliæ commissuræ, quæ in ossibus petrossis reperiuntur.

Vtilitates cōmissurarum. Hæ igitur commissuræ magnas habent vtilitates, & prima est vt telæ internæ, quæ dicuntur dura Mater, & pia Mater, pendulæ sint, & quasi cerebri cortinę nitantur á beis; secunda est, vt embrochia, oxyrrodinium, & irrigationes, per istas commissuras ad interna cerebri vicera communicentur. Tertia vt cerebrum expurgetur. Quarta, vt contusso aut fracto vno osse, aliud incolume remaneat; nan si alię alię sunt vtilitates, magis in experientia patebunt.

 *SECTIO IIII.* 

De partibus internis, sive contentis.

PArtes igitur contentæ sunt sex. 1.ª Dicitur dura Mater. 2.ª Pia Mater, 3.ª Substantia Medularis. 4. Ræcte admirabi is, 5. Grandula, quæ recipit cerebri pituitam, & vltima sunt septem nerborum paria de quibus seorsim breviter agendum est, & ideo in primis.

Dura Mater. Dura Mater est tela quædam crasior, & nerviossa

sa, quæ sircundat piam Matrem, & substantiam medullarem cerebri, & est contigua, & quasi vnita, cum ossibus craneum componentibus. *Pia Mater, est tela tenuis, & subtilis infra duram Matrem contenta venis, & arterijs vnde quaque contexta*: venæ igitur, vt alimentum cerebro necessarium deferant, vt renutriantur eius partes; arteriæ trahunt spiritus vitales, vt ex ipsis fiant spiritus animales; vtraque igitur tela, est quasi cortina, sive involucrum, tegumen, aut cooperimentum substantiæ medularis cerebri, de qua iam sermonem facimus.

Pia Mater.

Substantia medularis; *est substantia, quædam albi, mollis, & lenis, quæ totam cerebri cauitatem replet, & est vasis, seu fundamentum in quo residet ipsa animalis facultas*; hæc igitur tres habet ventriculos; in quibus facultates rectrices nituntur, in anteriori parte; primus est, in quo adest phantasia, seu imaginatio; secundus igitur, qui in medio capitis situm habet, residet extimatiba, ratiocinatio, seu discursus, in posteriori parte, tertius est ventriculus, in quo memoria, seu reminiscentia dicitur exoriri: nam licet, in aliquorum sententia maior sit facultatum rectricum numerus; tantum denominative, & per sinonoma distingui dicimus, quia ex Galleno lib. de facultatibus naturalibus cap. 7. & lib. 1. de symphtomatũ causis, & 6. de locis affectis cap. 8. has tres assignat; logici vero, & me haphicici, vt præsciciones, & vniversale constituãt, & species impressas aprehendant,

Substãtia medullaris.

 reti-

retineantque, quinque defendũt facultates, scilicet, sensum cõmunem, seu imaginationem, phantasiam, rationem, seu intellectum agentem, discursum, & memoriam, seu reminiscentiam, inqua servatur species idolorum, sed ipsi de his examen faciant; dum nos ad alia transimus vtilia.

Rete admirabile *est plexum quoddam, ex arterijs soporalibus mirabiliter in cerebro ad similitudinem retis contextum*: dicitur admirabile ratione curiositatis, qua tegitur; alij dicunt esse rete admirandum ratione vissus perspicatissimi, qui requiritur ad huius retis cognitionem: ita Fragotius lib. de Anathomia cap. proprio de cerebri compositione, Calbus, & alij.

Glandulæ. Glandula, quæ pituitam cerebri recipit, *est pars, quædam durior, & citum, habet supra os bacilare*; & habet vnum ventriculum, sive foramen, in quo suscipit pituitã cerebri, vt ipsam evaquet natura, per palatum: ita Antonius Laurentius lib. Anathomiæ c. 3.

Septem nerbiorum paria. Septem igitur nerbiorum paria originem sortiuntur à cerebro, tanquam à radice, & fonte sensus, & motus: Primum par defert spiritus visivos ad oculos, per propias cavitates, & hoc inteligitur de nerbis obticis, inquibus enim, si detur obstructio privabitur vissus, veluti in gutta serena propter spasmum; vel insufusione propter humoris pituitosi excrementitij portionem; qui intunicis oculorum densatur.

1. Par.

Par

Par ſecundum, accedit ad muſculos oculorum, *Par. 2.*
& ſupercilia. 3.ᵐ Ad frontem, ad muſculos tempora- *3. Par.*
les, ad molas, & dẽtes. 4.ᵐ Ad linguã devenit in quo *4. Par.*
facultas, ſive ſenſus guſtus recidit, & deinde totum
ramificat pallatum: exquo audebant aliqui Autho-
res dicere guſtus ſenſum in pallato eſſe, & ñ alibi. 5.ᵐ *5. Par.*
Par ad aures, & inquolibet nerbo adeſt virtus audiẽ-
di, quo refrigerato, vel inflamato, vel quovis aliomo
do diſtemperato, læditur ipſa audiendi facultas: hi
duo nerbi gingibas, & mandibulas, ſimiliter rami-
ficcat.

Par ſextum decendit cum recto ordine, & tra- *Par. 6.*
mite, ad duas cabitates, vitalem ſcilicet, & natura-
lem, ita, vt intrachi arteria vniantur: hi duo nerbi, vt
deinde quiſque deſcẽdat per proprium latus, dexter
per dexteram partem ſiniſter per ſiniſtram; deinde
iterum inore ventriculi ingerũtur, & aliquos ibi ge-
nerant ramuſculos, quibus totus venter contegitur;
& poſtea deſcendit, & iecur ramificat lienem, renes,
veſicam fellis, matricem (in mulieribus) vrinæ ve-
ſicam, & omnes partes inferioris cavitatis naturalis:
ex dictis ſtatim advertite: cauſam ob quam, ſiquis
contuſsionẽ ſuccipiat in ore ventriculi, vel vulnus ob
muteſcat, & ſine motu, & ſenſu iaceat ſuper terram,
& ſi vulnus, vel contuſio incerebro contigerit ſta-
tim vomitus bilis ſupervenit, & locutionis privatio;
propter nerborum dictorum conſenſum.

Par 7.ᵐ Ad linguam devenit, ad mandibulam in- *Par. 7.*

feriorem, & orcipitium, & similiter linguæ musculos ramificat, ac movet: ita Calbus lib. 1. de Anathomia cap. 39. Andreas Laurentius lib. 4. cap. 16. de Anathomia.

 SECTIO V. 

De partibus faciem componentibus.

SVnt igitur partes faciem componentes in septenario numero collocatæ, scilicet, oculi, supersilia, tempora, frons, nares; os, & auriculæ: de quibus seorsim agēdum erit, & ideo circa primam partem.

Oculi: *sunt partes, compositæ ex venis, & arterijs, nervis, & musculis, tellis, & humoribus in quibus; facultas visiva recidet*, & species impressa constituitur; oculorum tunicæ sunt sex. 1.ª Quæ *est adextra*,
Tunicarū 1. *dicitur adnata alba, & subtilis*; oritur ex pericraneo capitis, & in sirculo maiori iridis finitur.

2. Secunda dicitur secundina, *quæ formatur ex extremis partibus murium oculos moventium*; & in iride similiter finitur. 3.ª Dicitur cornea, ex qua for-
3. matur oculus, & sircunvolvitur, & *est alba, durior, & splendida, adextra; ad intra vero, non ita*, nascitur ex dura Matre.

4. 4.ª Dicitur vbea, *quæ exijt à pia Matre, & inobtico nerbo involuitur.* 5.ª Retinea appellatur, *quæ ex*
5. *ipso metobtico nerbo exoritur.* 6.ª Tunica Aranea
6. *denominatur ad similitudinem araneorum telæ,*



& ex pia Matre ducit originem: similiter oculus extriplici humore componitur, & organizatur, scilicet, ex albugineo, chrystalino, & vitreo. *Tres oculorum humores.*

Albugineus humor, *est pars ex substantia rara, veluti albumen ovi*; & est in maiori quãtitate, quam cæteri humores; humor chrystalinus *dicitur talis ad similitudinem chrystali; ita vitreus* humor, quia vitro densato similimus est, talis appellatur; hic in intima oculi cavitate est cõglobatus, supra hũc, humor chrystalinus, & hic sircunscribitur ab humore albugineo. *Albugineus.* *Chrystalinus.* *Vitreus.*

Hic similiter invibitur in tunica adnata secundina, & cornea; chrystalinus inter secundinam, & corneam: vitreus inter corneam, & vbeam, qui ita commixti, & conglobati oculi figuram rotundam componunt: cavitas inqua servatur oculus orbita dicitur, & palpebra est quasi vicera, quę ipsum defendit ab omni externa alteratione: quæis positis, vt certum, & luce patentius defendite: facultatem videndi in humore chrystalino constitui; alia quam plurima sese offerebant in præsenti, quæ vssu, & tempore studiosso patebunt.

Supercilia *supra oculos sunt ita â natura disposita ad eorum pulchritudinem*; tempora, *ad exornationem, & compositionem faciei, sicuti frons*: & Nares: *sun cerebri expugatoria, per quas humor pituitosus, & excrementitius expurgatur*, & odorum *qualitates deferuntur ad instrumentum olfatus sistens supra os cribrossum.* *Supercilia.* *Frõs Nares, & os.*

Os

Os est pars, sive ianua per quam alimenta deferuntur, ac masticantur, & aliquo modo digeruntur: constat ex pallato, columela (vulgo campanilla) epiglotide, quæ est quasi covertera, sive cooperimẽtum, sive tegumen guturis, & orificij trachiarteriæ: aures sunt instrumẽta auditus, emungatoria cerebri & ornamenta vultus, inquarum cavitatibus adest sensorium duplex, vnum quasi incus, & aliud quassi malleolus, in quibus sonus percipitur, & facultas audiẽdi celebratur, & surditas symphtoma supervenit.

Collum. Collum componitur ex trachiarteria, sive meringe (vulgo nues) ex venis organicis, arterijs magnis cuius citus, & figura omnibus luce patentior est; ideoque ad alia progrediamur.

 SECTIO VI. 

De continentibus, & contentis pectoris.

PEctus dicitur pars, sive *planities anterior, incipiens a atrachiarteria vsque ad vmbilicum*: partes continentes sunt decem, scilicet, cutis, membrana carnossa, pinguedo, musculi inter costales, costæ; vertebræ, sive spondilia, omoplatæ, claviculæ, os externon, & pleura.

Musculi inter costales sunt inter costas vniti, & contexti, deserviunt ad respirationem, comprimendo, & dilatando, vt instrumentum respirationi subserviens, & in numero, apud omnes anathomes, trigin-

ginta, & quatuor, inquolibet latere existunt.

Costæ sunt viginti, quatuordecim dicũtur veræ; inquolibet latere sunt septem, dicuntur veræ, quia in osse externone ingeruntur curbum, & circulum habent completum, reliquæ decem, dicuntur mendossæ, sive falsæ, aut non veræ, quia non sunt completæ, & nituntur in cartilaginibus, & vniuntur medijs musculis inter costalibus; sunt igitur informa arcus, vt partes internæ dilatentur, & custodiantur abeis.

Spondilia, aut vertebræ, *ossa sunt, quæ totam spinam componunt*, & sunt in numero trigessimo quarto, septem in collo, duodecim in pectore (scilicet posteriori) sex in lumbis, quinque in osse sacro, & quator in cauda ossis; deserviunt, vt corpus sit rectum, & sursum, & deorsum moveatur; vniuntur interse medijs ligamentis, & sunt ossa duriora, & intus continent humorem quo humida conservantur namaliter à motu facile siccarentur, habet similiter quodlibet os duo orificia, vnum indextero latere, alterumque in sinistro, ex quibus exceunt sexaginta nerbi, sive triginta paria quę deserviunt ad sensum, & motum totius corporis per participationem facultatis cerebri.

Spõdilia.

Ossa spinam componentia sunt 34

Ex ossibus excũt 60. nervi.

Omoplatæ; *sunt partes ex quibus totæ componuntur scapulæ*, sunt xivatæ ad extra, & concavę adintra, admodum testudinis, sunt ergo scutum partium posteriorum; os exter non est in parte pectoris

Omoplata.

ante-

anteriori, & durissimum, & dentius proter cordis, & pulmonũ custodiam: ita Galbus in sua Anathomia, Andreas Laurentius, tractatu de osibus fol. 85. Versalius, & alij: in inferiori parte huius osis adest pars, quędã cartilaginossa, quę dicitur apud vulgum obtetricum paletilla; & est proter oris ventriculi vicinitatem ita mollior.

Claviculæ. Claviculæ *ossa quædam sunt in quibus nituntur brathia*; nanaliter cederent; & lebari non possent; deserviunt, vt ossa scapullæ cum pectoris ossibus vniantur; *Pleura.* pleura *tela quædam est, quæ ad intra costas sircundat subtilis, & nerbiossa*: principium habet á vertebris pectoris, & in osse externone finitur, & dividit partem dexteram à sinistra, & é contra, vt morbus in vno latere, non facile alteri cõmunicetur.

 SECTIO VII. 

De partibus pectoris contentis.

Partes contentæ in pectore 10. PArtes contẽtæ sunt decem, scilicet, pericardium, cor, pulmo, trachiarteria, gula, sive essophagus, Arteria magna, vena cava, vena sine consortio (ossigos dicta) mediastina, & diafragma.

De his seorsim opere prætium duxi pertractare; clare, & aperte, quod non facile iudicãdum, eo quod sint interna, vicera, partes in essentiæ cognitu dificiliores, cum nõ ita securi alia præmanibus habeantur, & ideo circa pericardij explicationem stultores

res varietate vtũtur, vt videre licet apud Fragosium, sapiẽtissimum Hidalgum, capite de pericardij Anathomia: nos autem doctissimum Andream Laurentium sequimur libro 9. cap. 9. fol. 671. Vbi ita scribit: *cor viscus nobilissimum*, membrana involuit, quam grçci pericardium vocant, latini involucrum & apud Hyppoccrat. & Aristotelem vaginam cordis appellant.

Ideoque sic definiri potest pericardium: *est involucrum quoddã, ex substantia membranosa, humorem sero, per similem circum volnens, inquo cor movetur, & eius calor, & æstus à temperatur*: habet principium à membranis venæ cavæ arteriosæ; arteriæ, magnæ, & arteriæ venosæ, & communicatur diaphragmati, mediastinis, & pulmoni; quinque habet orificia; vnum venæ cavæ, per quod intrat; alterum per quod exit: duo similiter arteriæ magnæ, per quod exit vnum, alterum per quod intrat, & arteriæ venalis quintum, per quod intrat. *Definitio pericardij.* *Pulmo 5. habet orificia.*

Cor *membrum est principale, vitæ fons inquo artificiossus ille Senonis ignis continentur, & in quo hic divinus, ac cœlestis calor tegitur*, quem Prometheum, é cœlo furatum fingunt antiqui Poetæ in profanis literis. (non quidem sponte) relinquo quam plurima decorde curiossiora propter brevitatem in tractatu vobis promissam, & ideo eius definitionem auscultate.

Cor *est membrum princeps in medio toracis collocatum* *Cordis definitio.*

catum, fons, & origo caloris naturalis, & spirituum vitalium, in quo vitalis facultas residet, quæ per arterias vniverso corpori cõmunicatur: optima definitio, vt per se patet; cor igitur duos habet ventriculos, vnũ in dextero; alterum in sinistro latere: in dextero copia sanguinis invenitur ratione venæ cavæ, in sinistro copia maior spirituum ratione arteriæ magnæ, vt doctissimus Doctor Vallesius asserit lib. 3. contr. an cor, & arterię simul attollantur, ac comprimãtur? Vbi advertite quod cuspides venæ cavæ in dextero, & in sinistro magnæ arteriæ, apud nos dicuntur cordis auriculæ; apud vulgum enim (alas del coraçon) & sunt partes cartilaginosæ, in quibus nituntur ateria magna, & cava vena.

Pulmonis definitio. Pulmo *est tela quædam expongiosa mollis substantiæ, & alvicantis, intemperamento calida, & humida, in medio toracis, aut cavitate ipsius collocata*. Ita Gal. lib. 2. musculorum cap. 6. Fragosius lib. 1. de Anathomia cap. 27. fol. 28. Antonius Laurẽtius lib. 9. de organis vitalibus cap. 12. & alij; consensum habet immediatum cũ pectore, pelura, & eius vicinis.

Trachiarteria *est instrumentum respirationis per quod aer intra mittitur in respiratione, & extra pellitur in inspiratione*; componitur ex particulis cartilaginosis admodum literæ C, & C, & C, vulgo dicitur gurgulion (id est guarguero) estque instrumentum principale vocis.

Eso-

Esophagus, sive gula, aut gutur *est tela quædam nerviosa, per quam cibus, & potus vsque ad stomachum fertur, media dilatatione, & compræssione ipsius*; incipit à trachiarteria cum qua habet immediationem, nan vnita est ipsi meringini, & descendit iuxta spondilia, vsque ad stomachum. *Esophagus definitur.*

Diaphragma, sive septū transversum *est tela quædam musculosa, & nerviosa, rotunda, & subtilis, quæ dividit cavitatem vitalem à naturali, & seccat, & præscindit corpus per mediū, estque supra vmbilicum, & circa os ventriculi*; habet consensum, & immediationem cum cerebro ratione sexti paris nerborum cum quibus tegitur, cum vtraque pleura, esophago, & pulmone; fuit igitur à natura ordinatum propter tria munera; primum, vt sit instrumentum principale respirationis, cuius motus est voluntarius, partim, & partim naturalis; secundum, vt suo motu depelleret excrementa intestinorum, quia aliter non descenderent; tertium, vt divideret regionem naturalem à vitali. *Diafragma definitur.*

Arteria magna *est vas, quod quasi à sinistro cordis ventriculo exit, & totum corpus ramificat*; in cuius cavitate sanguis arterialis, & spiritus vitales continentur, quos vniverso corpori suggerit. *Arteria magna.*

Vena cava: *est similiter vas maius sanguinis*; erigitur ex hepate tāquam à trunco, aut radice, & sanguinem præbet vniverso corpori, vt satis iam supra explicatum remanet; ideoque neutiquam immoremur. *Vena cava.*

mur. Vena ossigos, aut sine consortio est; *quæ infra cor sursum per spondilia, ob repit, & intra costam, & costam, & vertebram, & vertebram, quàsi anguis ramnificat ipsasola, & deffert alimentum, & est ramus venæ cavæ, vt satis patet.*

Mediastina. Mediastina, *sunt extremitates vtriusque pleuræ rebolutæ, quæ finiuntur in osse externone, & sunt eiusdem rationis, & temperamenti cum ipsa pleura.*

 *SECTIO VIII.* 

Et vltima. De partibus componentibus ventrem.

Partes ventris cõtinẽtes 10. VEnter vsurpatur pro tota naturali regione, quæ incipit ab vmbilico vsque ad pectinem; componitur similiter ex partibus continentibus, & contentis; continentes sunt decem; scilicet, cutis membrana carnossa, adeps; addomen, peritoneum omentum; costę falsæ; aut non veræ; spondilia (sistentia inlumbis) os sacrum, & pecten.

Addomẽ. Detribus primis satis iam supra remanet explicatum. *Addomen est pars composita ex nerbis, musculis, & fibris, rectis, transversis, & obliquis,* vt atrahat, retineat, atque expellat, estque quasi crassa tela quæ contigua est cum peritoneo, & in hac contiguitate fit congregatio aquæ, aut humoris cerosi in hidropicis.

Peritoneum. *Peritoneum (sive siphac agræcis) est tela quædam fortior, quæ omentum circundat*; duo habet ori-

orificia per quæ tranceunt vaſſa ſeminalia ad dindimos;ſeu teſticulos;de coſtis, & vertebris ſupra iam egimus.

Os ſacrum tale dicitur à magnitudine in aliquorum placito,non quia aliquid ſacri in eo reperiatur, ſed quia ita eſt receptum, vltimo ſpondili vnitur,&cum oſſibus illeonibus annectitur;os illeon *eſt illud in quo pixidatur, aut incaſtratur os femur hoc eſt* (à donde ençaja el hueſſo de la pierna.) *Os ſacrũ.*

Os pubes, ſive pecten eſt os medium inter illeonica oſſa collocatum, & ipſis vnitum; in eo que verendę partes alligantur,& propter nimiam humiditatem pilloſam cutim habet. Partes vero ventris contentæ in numero viginti circunſcribuntur,& ſequenti ordine annotantur de quibus ſeorſim agendum erit. *Pectem.*

Partes cõtenta in vẽtre 20.

1. *Omentum*
2. *Meſentereon*
3. *Inteſtina*
4. *Stomachus*
5. *Lien*
6. *Hepar*
7. *Renes*
8. *Veſica fellis*
9. *Vrinæ veſica*
10 *Vena cava.*



11. *Arteria magna*
12. *Vena porta*
13. *Pancreæ*
14. *Venæ vreteræ*
15. *Vaſſa ſeminalia*
16. *Emunctoria*
17. *Teſticuli*
18. *Matrix infæminis*
19. *Venæ emulgentes*
20. *Venæ meſeraicæ*

Omentum vulgo (el redaño) *eſt tela ſubtilis, & peritonei, & abdominis tela tenuior, conſtans venis, arterijs, & nervis inteſtina, & ſtomachum admodum ſaculi involvens*:incipit ab ſtomacho,&finitur circa vmbi- *Ommentum.*

vmbilicum, circa quem maximam habet pinguedinem qua coctiones iubat, & est admodum partium minutarum, veluti glandulę, de quibus Hyp. mentionem fecit 2. aphor. 35. per hæc verba: *in quovis morbo partes ad vmbilicum, & imum ventrem attinentes crassitudinem habere melius est: multum vero externari, ac contabescere pravum, sed & hoc quoque ad inferiores purgationes periculosum*: in cuius textus commento videndus est Gal. dum nos ad alia transimus.

Mesereō. Mesereon, seu mesentereon *est tela quædam durior, & crassior pluribus venulis contexta, quæ dicuntur messeraicæ*, & ita nomen sortiuntur ratione situs, constatque mesereon glandulosis, ac pinguedinosis partibus ineo pendulis, & alligatis ad similitudininem, & magnitudinem nucum, & castaneatū, & hæ pancreæ appellantur. *Væne messeraicæ sunt illæ per quarum, cavitates chylus in parenchima hepatis defertur*; sunt angustissimæ, & infra stomachum situatæ, vt dictum est in medio meserci.

Pancrę.

Vena meseraica.

Hepar. Hepar; sive iecur *est membrum principale, in dextero latere collocatum, principium, & origo massæ sanguinariæ, quæ universo corpori per venas, vt nutrimētum necessarium communicatur*: est igitur intemperamēto calido, & humedo; vocatur à Gal. per Anthonomatyam lib. de humoribus sanguis coagullatus: dixi in difinitione *principium, & origo massæ sanguinariæ*, vt notetis omnes humores à iecore produci,

duci, & non ab alia corporis parte, media causa efficiente, seu facultate in eo radicata, & congenita, quę dicitur naturalis: an hoc fiat multiplici, vel vnica actione? In tractatu de humoribus videre potestis.

Habet duplicem tunicam, vnam quam sucipit ex peritoneo, alteramque propriam, quæ dicitur involucrum; pars ergo superior hepatis dicitur giba rotione figuræ, & pars inferior dicitur cava ratione figuræ cavæ, ex hac parte oritur vena cava, & vena porta ex hiba, alligatur dextrę pleurę, septo transverso, gargulioni, & vsque ad stomachum extenditur, vt ipsum calefaciat, & coctionem primã iubeat, & similiter cõsensum habet cum his, & vicinis partibus.

Vesicafellis, *est vas, & receptaculum bilis flavæ ex magnitudine, & figura piri ex substantia nerviosa composita*; constat ex duplici tunica, vna propria interna, & duriore, alteraque ex peritoneo recepta; componitur similiter ex triplici genere fibrarum, quæ dicuntur rectæ, vt atrahat; transversæ, vt retineat; obliquæ, vt expellat; munus principalé huius vesicæ; est sanguinẽ purificare, bilem à se alicere per venam vnicam, & per aliam, portionem emittit ad intestinum duodenum, vt calefaciat fundum ventriculi, & exsiccet, & exinde appetitus sitis excitetur: finis alius est, vt excrementa rapiat, ac detrudat natura per intestina; vbi advertite quod si maior portio bilis ad venerit plus, quam ratio postulat, fit tunc symphoma in exiente mutato, quod apud *Versica fellis.*

apud vulgum medicorum dicitur colera morbus,& si venula hæc obstruatur, per quam deffertur facit morbũ regium, sive icteritiam, quia fel per totũ diffunditur corpus, vt communis Doctorũ fert opinio.

Stomacus Stomachus, sive ventriculus, sic essentialiter definiri potest *est pars princeps receptaculum cibi, & potus principium, & origo materiæ chylosse per venam portam in hepatis parenchima dellatæ, ex qua conficitur massa sanguinaria universo corpori necessaria,* inqua definitione potestis particulã illam, *pars princeps,* interprætari, quoad vsum, non vero, quoad originem, si non vultis defendere, partes principes quatuor esse, aut problematice, &c.

Vbi advertite: quod inveetriculo debemus considerare tres partes; scilicet, partẽ superiorem, partem inferiorem, & totam cavitatem ipsius; pars superior, quæ dicitur os ventriculi; est acutissimi sensus propter nerborum par, quod ex sexta coniugatione descendit á cerebro, & ibi implantatur, & cum hæc pars inflãmatur superior dicitur cardiargia, sive cordis argia, aut angor, & ratio est: quia cordis pars inferior est ori ventriculi proximior, & ob hanc rationem sequitur hoc symphtoma, animi deliquium, & alia accidentia gravirora, vt constat ex Hip. lib. 5. aphor. tex. 65. *In febribus circa ventriculum vehemens æstus, & cardiamos malum.*

Pars igitur inferior, dicitur apud græcos pyloron, *& est orificium illud, per quod exit matria chylossæ*

lossa, ad venam portam, & deinde descendit, ad tenuia intestina, vt magis perficiatur, & transeat ad hepatis parenchima per venas meseraicas; potest hæc pars obstrui, & dolore affici?

Pars igitur media, sive cavitas ventriculi *sunt ipsæ membranæ ventriculum componentes*, & si dolor ipsis super venerit considerare oportet: an à flatibus fiat ipsas membranas distendentibus, & continui solutionem inducentibus, vel ab intemperie nuda, vel an ab ipsa cum afluxu humoris, de quo videndus est Gal. lib. 1. Method. cap. 1. 2. & 3. &c. Nan hoc valde conducit ad rectam ventriculi curationē.

Lien, *est pars spongiosa, & rara in sinistro costarum latere collocata*: carens sensu, & motu, receptaculum humoris melancholici, quem suscipit ab hepate per venam ad hoc munus destinatam, & ex hoc humore nutritur, & in temperamēto huic correspondet humori frigido, & sicco. *Lien.*

Intastina *sunt instrumenta in quibus recipitur naturæ excrementum*: sunt pariter nerviossa, & ex triplici tunica componuntur. 1.ª dicitur interior, & est nerviossa, & rugossa propter dilatationem, & compræssionem. 2.ª dicitur propria. 3.ª acquisita, & communicata aperitoneo; intestina dicuntur sex, non quia divitionem partiantur, sed ratione rebolutionum sex; quia revera vnum est intestinum, sed tamen cōmunem insequendo opinionem. 1.m *Vocatur duodenum, quia constat ex duodecim digitis.* *Interstina.* *1. Duodenum.*

2. Ieiunium. 2.m *Dicitur ieiunium, quia ibi parum chyli immoratur, & asidue vacuum est.* 3.m *Dicitur illeon, quia in eo fit illyaca patio*; quartum appellatur cæcum quia habet vnum orificium parvum, & angustum, vt ibi detineatur chylus, magisque perficiatur, & ex inde per venas meseraicas transeat ad hepar. 5.m Colon appellatur, quia ibi dolor colicus generatur; incipit in infima parte hepatis, & finitur circa renem sinistri lateris, & ex inde incipit vltimum intestinum, quod nuncupatur *rectum*, à rectitudine ipsius, quia in osse sacro incipit, & in musculo ex phynteri anni finitur.

3. Ylleon.

4. Cecum.

5. Colon.

Vena cava: Vena cava iam supra satis remanet explicata; *Venæ emulgentes.* venæ vero emulgentes tales dicuntur, quia sugunt cerum humorum, & ipsum ad renes mittunt, vt deinde ad vreteras, & vsque ad vesicam vrinæ.

Renes. Renes: *partes sunt solidæ, & carnosæ rotundæ*: circa spondilia, & tardi sensus, constant duplici tunica, vna propria, & altera ex peritoneo, & cum venis, & arterijs conteguntur; vnus est in dextero latere, & alter in sinistro, supra os sacrum.

Venæ vreteræ. Venæ vreteræ; *sunt vassa per quæ defertur vrina in vesicam*; sunt duæ: vna in dextero, & altera in sinistro latere inter inguina. *Vesica vrinæ.* Vesica vrinæ, *est pars instrumẽtalis, membranosa, vrinæ receptaculum, supra intestinum rectum, & pectinem situata*, ex temperamento frigido, & sicco; constat triplici tunica nerviosa duplici propria, & altera acquisita, & communi-

municata à peritoneo; componitur ſimiliter ex triplici genere fibrarum, ſcilicet ex rectis, vt attrahat: traſverſis, vt retineat, & obliquis, vt expellat.

Arteria magna iam ſupra remanet explanata ſatisque deſinita, & ideo ad alia transgrediamur. *Arteria magna.* Vaſſa ſeminalia *ſunt venæ in quibus ſemen elaboratur, coquitur, & perficitur, & defertur ad dindimos, aut teſtes inquibus de albatur, & purificatur per vlteriorem coctonem*: vaſſa ſeminalia ſunt duo, vnum in dextero latere, quod originem habet à vena cava, alterum in ſiniſtro, habens principium á vena emulgēte, & quodlibet ingeritur in medio ſpatij cnm arteriæ magnæ ramulo ad modum forcipis. *Vaſa ſeminalia.*

Teſticuli *ſunt partes principes ad ſpeciei propagationem*; compoſitæ ex venis, arterijs, & nervis ex ſexta coniugatione, ex ſubſtãtia alba, ſolida, & ad ſimilitudinem filamentorum conſtipata; habent duplicem tunicam, vnam interiorem, alteram acquiſitam à peritoneo; in tēperamēto ſunt calidi, ineiſque ad eſt magna ſpirituum copia roborans vniverſum corpus; ſimiliter quā plurimas habēt vtilitates, quas relinquo temporis brevitate, & quia eis ſtudebitis.

Matrix, ſeu vterus, aut vulba, quod idem ſonat *eſt pars eſſentialis ad ſpeciei propagationem*, ſitum habet infra veſicam vrinæ, & ſupra rectum inteſtinum; ibique generatur homo inter ſordities, & in loco ſtercoris, vt conſideret ſuum principium, & ne ſupervia deſeptus oblliviſcatur ſui originis: *eſt igitur* *Matrix.*

matrix pars ex permatica nerbiosæ, & rugosæ contexturæ : intemperamento calida, & humida in osse sacro alligatur; ideoque ibicum maxima ratione medicamenta topica applicantur; constat extriplici genere fibrarum, rectis, transversis, & obliquis, vt atrahat retineat, & expellat; ita sunt munera ipsius, vt non possim pro brevitate ea explanare, & ideo vlterius ad alia progrediamur.

Venæ emulgẽtes. Venæ emulgentes *sunt illæ quæ sugunt homorum ferum, & à iccore vsque ad renes atrahunt, vt deinde ad vesicam per vreteras defferatur*: Venæ messoraicæ *sunt illæ per quas chylus deffertur ad parenchima hepatis, vt ex ipso fiant humores*: sunt igitur angustissimæ, & contextæ, ex quibus componitur mesereon quod supra iam satis manet explicatum.

Venæ miseraicæ.

His ergò iactis, tota apparet corporis humani anathomia perfecta, & totius hominis vltimò constructa compages, & si admirabilis huius armoniæ desideratis, certum determinatumque ossium, & musculorum numerum, in scripto hispanico

*** invenietis sermone. ***

***

TRAC-



TRACTATVS vnicus de Partibus.



SECTIO I.



Quomodo accipiatur pars, quomodoque; definiatur, atque dividiatur?

LIcet autem (STVDIOSI GRAVISSIMI) alia quam plurima impræſenti circa corporis humani fabricam eiuſq; armoniam aduci poteram, attamen quia brevitatem deſidero, circa magis eſſentialia percurram, non verba conterendo, ſed vobis operibus deſerviendo. & ideo

Nomen *Partis* varie accipitur, vt conſtat ex Galleno. 1. lib. De locis affectis, & 2. Meth. cap. 5. & 6. primo modo pro qualibet ordinatione ad totum, ſive ſit ad eius integritatem, ſive ad eius ornatum, vt capilli, ſive ad vitæ refectionem, vt humores. Secundo modo ſumitur pro particula, loco, aut membro corporis, & præcipue ex Ariſt. quælibet pars membrum nuncupatur, ſed hoc improprie, quia hoc, tantum de parte organica debet dici, &

non de alijs. Vnde etiam varie definitur pars ab Authoribus, vt constat ex Aviscena fen. 1. 1. doctr. 5. cap. 1. asserente: *pars est corpus ex prima humorum permixtione genitum, vt humores, qui constant expermixtione ciborum, & cibi ex elementis*. Quæ definitio potius materiam, quam naturam essentialem partium explicat. Vnde nos in præsenti, essentiam, nomenque partis cõsideramus, in ordine ad totum vivens, quatenus deservit ad eius functiones, & morbo potest affici, & capax est sanitatis; & ideo reiectis alijs definitionibus, sic proprie, & essentialiter pars definitur:

Pars, siveportio: *est corpus toti coherens; communi etiam vita coniunctum, ad illius functionem, & vsum comparatum.* Quæ definitio, vt optima, & essentialis admitenda est. Primo, quia obtime essentiam partis per primarium conceptum in vsu medicoexplicat. Secundo, quia secundum Summullarum regulas: definitio, quæ explicat essentiam definiti per verum genus, veramque differentiam, vt optima est amplexanda; sed talis præsens: ergo minor probatur discurrendo per singula definitionis, nam *ly corpus*, loco generis ponitur reliqua vero loco differentiæ, vt magis in subsequenti patebit: ergo; dicta definitio tradditur per verum genus, & differentiam; item quia non est citra Gli. placitum, vt constat ex Sapientissimi Doct. Mercato, sitati tractat. de part. 6.

Vnde

Vnde in primis dividitur pars in similarem, & dissimilarem, similaris, quæ dicitur 1.a Omogenea, & simplex, *est corpus cuius partes habent eandem definitionem, & nomen cum toto*; huiusmodi sunt (ex Gal. doctr.) cutis, Membrana, Adeps, Fibra, Tendo, Caro, Os, Cartilago, Ligamentum, & siquę alię sunt huiusmodi.

Dissimilaris autem, quæ dicitur. 2.a Etherogenea, Composita, & instrumentalis: *est corpus cuius partes non habent eandem definitionem, & nomen cum toto*. Vt Caput, Pes, & Manus, &c. Quia quælibet pars manus, non est, manus, sicut quælibet pars adipis, est adeps. Sed circa venas, & Arterias, & nerbos, valde est dicidium inter Authores Medicos, an sint partes similares, vel instrumẽtales? pro cuius resolutione.

Dico. 1. cum D. e Vallessio: lib. 2. Controv. c. 1. *Venæ, & Arteriæ, & Nerbi sum partes instrumentales*. Probatur 1. ex Gal. lib. 1. Method. cap. 6. dicente: *Instrumentum appello animalis partem, quæ perfectam operationem edere potest, vt oculus vissionem, lingua loquelam, ad eundem modum, & vena, arteria, & nerbus, tum instrumenta, tum animalis partes sunt*: ergo expresse ex Gal. venæ, arteriæ, & nerbi sunt partes instrumentales, & ratione. *Conclusio*

Probatur, quia illæ partes, quæ constant diversis, substantijs in compositione, non sunt simplices, sed instrumentales; sed venæ arteriæ, & nerbi constant

ſtant diverſis ſubſtanſijs in cõpoſitione: g. venæ, arteriæ, & nerbi non ſunt ſimplices, ſed inſtrumentales. Maior partet ex definitione partis, ſimplicis, & cõpoſitæ. Minor probatur ex Gal. 1. Meth. cap. vltimo vbi inquit: triplicem ſubſtantiam venam habere, membranoſam, fibroſam, & cartilaginoſam; ſed hæ partes ſunt diverſæ in compoſitione: ergo venæ, & arteriæ conſtant diverſis ſubſtantijs, & conſequenter partes inſtrumentales, & non ſimplices debent dici. Sed contra dicta aliqua inſurgunt argumenta, & ideo contra partis definitionem.

Argues 1. ex Gal. 1. de vſu partium c. 1. vbi ita definivit partem: *Pars eſt corpus quoddam, quod neque vndequaque circunſcriptionem habet propriam, neque vndequaque, coniuncta eſt alijs*: ergo non bene definitur à nobis cum hoc modo debeat eſſentialiter ex Galeno definiri. Reſpondeo g. quod non intendit Galenus partis eſſentiam definire cum hæc ſit in ordine ad operationes naturales, ſed deſcriptionem facere de loco, & circumſptione partis reſpectu totius, quia hoc vndequaque ſemper eſt circumſcriptum, pars vero poteſt non vndequaque circunſcribi; vt digitus quia vnitus eſt ſecundum vnum extremum, & ideo ſic interpreto Galenum, ideſt, voluit etiam dicere: Pars non eſt vndequaque vnita, neque vndequaque diſiuncta.

Argues 2. In morte hominis dantur veræ partes ſimplices, & inſtrumentales, ſed inmorte hominis nulla

nulla datur actio vitalis: ergo particulę definitionis, *vita coniūctum*, *&c.* non bene essentiam partis explicant. Respondeo breviter distinguendo maiorem; in morte hominis dantur partes simplices, &c; in consideratione medica; nego maiorem : in consideratione physica, l. anothomiæ: concedo: quia nos partes respicimus semper, quatenus ad operationes deseruiunt, quod etiam patet: quia in cadavere non dicuntur propriæ partes, vt instrumenta, quia non datur id respectu cuius instrumenta dicebantur; scilicet vita.

Argues 3. Intendens probare venas, & arterias non esse partes instrumentales, ex Gallen. 1. de Elementis c. 5. Vbi ait: venas, & arterias esse partes simplices: ergo male asserimus, & contra Gal. Respōd. tamen cum ipsomet Gal. lib. de differ. morborum. c.4. Vbi asserit: dupliciter has partes considerari posse, scilicet quoad primum sensum, & quoad secundnm sensum; primo modo partes simplices dici possunt venæ, & arteriæ, secundo modo partes dicuntur instrumentales, quia in hoc secundo sensu compositio harum partium ex tripliciconstat, substantia, fibrosa, scilicet, membranosa, & cartilaginosa. Vnde cum hac solutione possumus ad omnia respondere argumenta: Ratione operationis, concedo; ratione compositionis nego.

 SECTIO II. 

Vtrum corporis partes sint aliqua specie substantiali diversæ?

CVM igitur in humano corpore partium varietas reperiatur, movetur dubium inter auctores Medicos, & Phylosophos interrogãdo: an hæ partes, quæ maxime inter se distant, vt cor, jecur, cerebrum, manus, pes, &c. distinguantur aliqua forma substãtiali, & partiali, partialis dicitur quia parti inhæret substantialis, quia partem substantialiter ab alia parte specificat, quod ex forma accidentali non potest dici, quia adhuc improprie accidens dicitur forma respectu materiæ, & partium, quia accidens non est actus primus perfectivus materiæ. Vnde tenendum, & observandum est, quod partium citus figura, magnitudo, &c. non dicuntur talia esse â substantia, sed ab accidenti, & varia dispositione; quibus suppositis.

Cõclusio. Dico 1. *Humani corporis partes non distinguntur inter se aliqua forma substantiali:* ita D. Thom. 1. p. q. 75. art. 5. ad 3. defenditur à Sapientissimo D. Mercato lib. 1. de Partibus, art. 1. q. 101. & alijs Medicis, & Phylosophis, vt constat ex P. Ruvio, Suario, Spinola, & alijs contra Vallessium, & alios; &

Probatur 1. quia si partes corporis inter se distingue-

guerentur, maxime penes formas partiales substantiales: sed hæ formæ non dantur g. nec partium corporis humani distictio; mai. vt certa supponitur min. inqua est dificultas suadetur; quia si darentur plures formę partiales, totum compositum esset ens per accidens; sed hoc implicat: g. & quod dentur formæ partiales; maior probatur; quia ens per accidens est aggregatio plurium entium cõplectorum; sed si darentur formæpartiales daretur talis aggregatio: g. totum esset ens per accidens; patet assumptum; quia omnis forma partialis per vos est forma substantialis; sed omnis forma substantialis facit ens completum: g. si darentur plures formæ partiales, darentur plura entia completa.

Probatur 2. quia anima est actus corporis physici, organici, &c. sed si partes haberent formas, per quas distinguerentur, hoc non verificaretur de anima: g. non dantur, formæ, per quas corporis partes distinguantur inter se; minor suadetur; quia anima informaret partes totum componentes actuatas per formas partiales: g. anima tunc non esset actus corporis physici organici, & consequenter duplex forma substantialis esset naturaliter in eadem numero parte materiæ, quod non est dicendum.

Ex dictis infero, quod partes corporis distinguntur inter se penes varia accidentia, & dispositiones, quia anima rationalis tota est in toto, & tota

inqualibet parte corporis, & ideo ad operationes diversas elliciendas non requiritur forma partialis, sed hæc l. illa dispositio, ita vt sidaretur in pede, aut in digito eadem dispositio, quæ datur in ventriculo ad chylificandum, etiam in digito, anima chylificaret, affective, non effective, nec valet dici: g. l. omnes partes sunt similares, l. omnes sunt instrumentales, aut Ætherogeneæ; quia sufficit diversum accidens, & dispositio ad hoc vt etiam distinguantur, vt Petrus albus, & Paulus niger, reduplicative vt albus essentialiter distinguitur, à Paulo nigro, Petrus albus. Sed contra.

Argues 1. Ea que habent diversum nomen, & definitionem distinguntur inter se; sed corporis partes habent diversum nomen, & definitionem: ergo à toto, & à se substantialiter distinguntur. Respõd. distinguendo maiorem: ea, quæ habent diversum nomen, & definitionem distinguntur inter se, vel accidentaliter, vel substantialiter: concedo maiorem: semper substantialiter, nego maiorem; quia Petrus albus, & Paulus niger, non solum numerice, sed etiã accidentaliter, & non substantialiter distinguntur; ita, & partes penes accidentia varia distinguntur inter se, vt demostrat diversa figura, citus, magnitudo, & temperies; attamen forma substantialis in omnibus partibus vnica est, & non multiplex.

Argues. 2. Pars corporis potest separari à corpore, & tunc non manet actu per formam totius: erg.

non

non est eadem specie, neque numero, siquidem vnitas provenit ab vnitate formæ. Respōd. quod pars â corpore separata acquirit aliam formam (cadaveris scilicet,) & hoc non probat partes distingui inter se substantialiter in compositione totius.

Nec dicas: quia diversas exercent operationes, & diversa munera, faciunt distingui in specie substantiali, quia actus distingunt potentias, quæ quidem sunt formæ; hoc igitur non valet dici, quia operationum diversitas non provenit à diversa forma, sed à diversa partis dispositione, quod etiam asidue in agentibus naturalibus videmus: vt ignis lutum indurat, & excicat, & ceram liquæfacit, & humidam, & fluidam redit; & ita similiter in corpore humano pro varietate dispositionum vnum agens naturale, (forma scilicet substantialis totius,) plura, diversaq; munera facit.

 *SECTIO III.* 

Vtrum partes principales corporis humani sint tres? an quatuor? plures ve? an pauciores?

OBservandum circa presentem quæstionem 1. quod pars principalis *est principium, & origo alicuius virtutis, quæ universo corpori est necessaria ad individui conservationem*; quæ virtus per totum corpus communicatur per meatus, aut cavitates,

ve-

veluti ſenſus, & motus per nerbos in totum corpus dilabitur, ſanguis per venas, & calor, & ſpiritus vitales per arterias, ventriculus chylum per venas meceeraicas ad parenchima hepatis quo ad vſum; quæ quidem virtutes ab aliquo corporis membro originem trahunt, veluti ſenſus, & motus à cerebro, incujus ſubſtantia nerbi inſeruntur, veluti arteriæ in corde, & venæ in hepate.

Vnde etiam principalis dicitur, quia alias principales miniſtrat, veluti pulmo miniſtrat cor, venæ jecur, arteriæ etiam cor, quia ſe habent vt conditio ſinequa non conſequetur finis operis, ſcilicet communicatio, aeris neceſſarij per pulmonem ad plures fines, ſcilicet ad atemperandum calorem naturalem, ad ſpirituum generationem, ad vocis formationem, & ad fulligines cordis expellendas, ſive expurgandas, vt ſentitur in introductione aeris frigidi per reſpirationem, & calidi per inſpirationem; vnde hoc media pulmonis dilatatione, & compræſſione, ſive ſit naturalis. l. Voluntaria reſpiratio (de quo non diſputo in præſenti) conſequitur, qui quidem vſus dicitur principalis, & ideo, & pars miniſtrans dicitur principalis; quod autem quærimus eſt: an ventriculus debeat inter principales partes numerari? & ideo.

Cõcluſio. Dico 1. Partes principes corporis humani in quaternario numero collocantur, quæ ſunt ventriculus, hepar, cor, & cerebrum, & quia luce paten-

tentius est assertum respectu hepatis, cordis, &ce rebri, in eorum probatione non immoremur, quia nemo dabitat jecur esse principium sanguinis vniverso corpori nutrimenti; cor principium spirituū vitalium, & caloris naturalis, & cerebrum principium, & origo spirituum animalium, & sensus, & motus: ergo hæ tres partes principes sunt. De ventriculo autem maior est dificultas, quod ita.

Probatur 1. ex doctrina Gal. lib. 11. Metho: cap. 15. per hæc verba: *Precipue vero astringentibus, idest, roborantibus est vtendum, vbi in jecur, aut ventriculum super vacuum profluit, quando è primoribus admodum hæ partes sunt, & munus suum obeat l. inipsis morbis necessum est, porro est non exiguum eorum opus quale que reliquarum partium, quibus illud negotium est, vt in quo nutriantur conficiant.* Et prosequitur deinde; *vt si neque in ventriculo prove alimentum fuerit concoctum, neque in sanguinem in jecinere mutatum*: ergo ex his Galeni verbis clare, & manifeste constat ventriculum esse partem principem, vt patet ex illis verbis: *Cum è primoribus admodum hæ partes sunt. &c.*

Ex eodem Gal. comprobatur c. citato circa finem vbi inquit: *Non enim ex his quæ devoraverit quis, sed ex his quæ in iam dictis visceribus confecerit alimentum toti corpori suppeditatur, atque ob hæc nimirum impensius quam cætera membra ventriculus, & jecur roborantia desiderant*: ergo manifest ven-

triculus ex Gal. doctr. inter partes principes est numerandus, & si dicatis hoc verum esse quoad vsum, non vero quo ad originem, quia Gal. vt excludat pulmonem respectu respirationis, os, respectu mastications, & reliquas partes ministrantes, asserit verba illa: *Non enim ex his quæ deboraverit quis, sed ex his, quæ in iam dictis visceribus, &c.* vt notemus partes principes continere aliquam virtutem intrinsecam in visceribus communicandam suo effectui vniverso corpori necessario; quod in ore, neque in pulmone potest verificari, quia non adest in ipsis aliqua influentia in visceribus, sed tantummodo transitum præbent quasi aliquid extrinsecum; sed essentiale vt quo, vt aplicatio causæ l. medium ad finem, vt cognitio respectu boni, quod appetitur, vel transitus respectu termini ad quem.

Probatur 2. Ratione: quia pars princeps est illa quæ est principium, & origo alicuius virtutis, quæ vniverso corpori est necessaria, &c; sed ventriculus, &c. ergo; minor probatur, quia est principium chyli; sed chylus est materia necessaria: ergo.

Nec dicas tempore indigentiæ ex pituita sanguinem generari, & ex hoc sequi chylum non esse materiam simpliciter necessariam, quia si antecedenter pituita existens in venis non generaretur ex chylo, rogo, ex quo generaretur, an ex nihilo? ergo antecedenter necessario fuit pituita genita ex chylo.

Sed contra Argues 1. Hepar solum est pars princeps

ceps; ergo probatur antecedens: quia hepar alijs partibus materiam ſuppeditat, & ipſum non ſuppeditatur; ergo ſolum hepar eſt pars princeps. Reſpondeo diſtinguendo antecedens probationis, ſed hepar non ſupeditatur, in qualitate caloris influentis cordis, nego antecedens, in ſubſtantia, aut actione propria, concedo antecedens quia abſque calore influente cordis non poteſt naturalis, hepatis operari, nec actuari, neq; propriam elicere operationem.

Argues 2. adverſus vltimam partem concluſionis; ergo os eſt pars principes. Probatur conſequentia: quia ideo ventriculus eſt pars princeps, quia præbet materiam neceſſariam vniverſo corpori, ſed per os tranſit alimentum, & in ipſo primo per maſticationem præparatur ad chylum: ergo os eſt pars princeps ſicut ventriculus.

Reſpondeo diſtinguendo maiorem probationis; ventriculus eſt pars princeps, quia præbet materiã neceſſariam vniveſo corpori, per actionem immanentem propriæ virtutis, concedo; per actionem tranſeuntem, & extrinſecam, nego; & eodem modo minorem diſtinguo; quod igitur de pulmone etiã phyloſophari poteſt, quia pulmo eſt pars princeps quo ad vſum, non vero ad originem.

Argues 3. Tot ſunt partes principes, quot ſunt facultates: ſed facultates ſunt tres (præter quatuor communes, quæ dicuntur miniſtrantes:) g. & partes principes; patet aſſumptum ex Gal. multis in lo-

F cis

cis, & præcipue in lib. 1. Meth. cap. 13. vbi tres partes principes annumerat, scilicet, jecur, cor, & cerebrum, quia jecur principium venarum per quas sanguinem alijs partibus, prębet: cor virtutem suam per arterias, & cerebrum per nerbos: ergo partes siue mēbra principalia in ternario numero collocantur.

Respondeo negando minorem, quia sicut dantur peculiares facultates in alijs tribus partibus etiā datur in ventriculo quarta facultas, quæ peculiaris est in ipso ad chylificandum; ad Galeni authoritatē respondeo, quod etiam ventriculus habet anfractus per quos transit materia chylosa ad hepatis parenchima, vt patet in intestinis, & venis meseraicis: & in citato loco Galeni, ipse inter principes ventriculum annumerat, vt legenti parebit: nec valet dicere: tot sunt partes principes, quot sunt facultates; quia facultas videndi est in oculo: audiendi in auditu, & tamen oculus, & auditus non sunt partes principes.

 *SECTIO IIII.* 

Vtrum sanguis, spiritus, & reliqui humores mereantur nomen partis corporis?

ADvertendum est 1. circa quæstionem: quod pars proprie, & stricte, *est corpus toti cohærens communi etiam vitæ coniunctum ad illius actionem, & vsum comparatum*, vnde si sanguis pars corporis denominaretur, absque dubio coniunctus esset vita, &

ita

ita informaretur actu primo corporis physici, organici, vt nullam aliam diceret formam substantialem, præter ipsammet animam, & vniretur, & continuaretur eo modo, quo reliquæ partes corporis vniuntur.

Advertendum est 2. quod aliud est dicere vitam à principio intrinseco per propriam emanationem, & aliud est esse instrumentum vitæ dicens per communicationem vitalitatẽ, quasi ab extrinseco, quod autem dicit vitam per emanationem principium intrinsecum connotans, ita informatur anima, vt per vnionem substantialem dicat actum primum vegetationis, & censationis: vitalitas vero nil aliud est, quam communicatio animæ per nativumcalorem; vt movet imaginatio in animi passiones retrahens spiritus in merore, effundensque eos cum sanguine in amore, aut gaudio, effervecensque in ira circa cordis viscera biliosum sanguinem, vnde hi motus sanguinis, & spirituum hinc inde vergentes, aut indeterminate vagantes ab ipsamet anima proveniũt medio calore nativo, quo vtitur, vt principali instrumento suarum operationum: vnde cum detur motus in sanguine, & spiritibus, in bile, & alijs humoribus, & vivens constituatur in actu primo per principium intrinsecum motus, & sensus á se, nam quid quid movetur ab extrinseco, ab alio movetur, non vero quidquid movetur à se.

Advertendum est 3. quod sanguis instrumentũ

est principalissimum animæ, ita vt si ipse deficeret, deficeret animæ informatio, & ratio est, quia sanguis, est materia necessaria spirituum, & nutritionis; de inde deficeret calor naturalis quia deficeret pabulum ipsius: sed non ex inde sequitur; quod sanguis habeat vitam, neque sit nostri corporis pars, & ratio est quia sanguis est alimentum partium, & se habet, vt elementum componens mixtum: & sicut in auro, vg. composito ex elementis, calor non est aurum, neque frigus, neque forma auri: ita neque sanguis in vivente erit vivens, sed elementum, aut alimentum partium viventium.

Præter quam quod sanguis, vt dicatur pars corporis necesse est, vt propriam amittat formam substantialem, quia ex venis ipsum atrahunt partes ad modum roris per venarum, & arteriarum poros, ex rore transit in gluten, & magis parti assimilatur: vnde per aliam alterationem transit in cambium, & per veram nutritionem in substantiam aliti convertitur, & tunc neque remote sanguis dicitur, sed pars iam anima informata; quæris positis.

Dico 1. *Neque sanguis, neque spiritus, neque humor aliquis merentur nomen partis corporis humani.* Primo probo meam conclusionem ex Galeno 2. de elementis cap. 6. & 1. de natura humana vbi sic aloquitur, *sanguinem, & alios tres succos, pituitam, dico, & vtranque bilem esse elementa secunda, idest elementa propria, & peculiaria animalium sanguine sis*

præ-

præditorum, quod ſcilicet illa materia ſit generationi eorum idonea, itaque eſſe eorum elementa, non partes, non enim quæ ſunt in aliquo, ut elementa, ut partes ſunt, neque eadem ſunt forma cum rebus, quarum ſunt elementa: ergo expreſſe ex Galeni ſententia; ſanguis, ſpiritus, & humores cęteri non ſortiuntur nomen partis corporis humani: conſtat etiam ex Hipp.e lib. de alimento: exornatque hanc ſententiã Stagirita Phyloſophus 2. in hiſtoria de partibus animalium cap. 3. vbi inquit: *ſanguis alimenti ſolum gratia datus eſt animantibus, neque partem eorum eſſe ex cauſa quia abundat, & deficit, & ex modo quo intra corpora eſt, diſiunctus ſcilicet, & minime continuatus, ut opportebat, ſi pars illorum eſſet:* ergo ſanguis, ſpiritus, & cæteri humores nullo modo ſunt partes corporis humani.

Secundo probatur ratione: ſi ſanguis eſſet pars corporis informaretur anima; ſed ſanguis non informatur anima: erg. ſanguis non eſt pars corporis; maior eſt certa: minor probatur; nam ſi ſanguis informaretur anima; eſſet continuus per vnionem ſubſtantialem formæ cum corpore ſubſtantiali; ſed ſãguis non vnitur per vnionem ſubſtantialem formæ cum corpore ſubſtantiali: ergo ſanguis non informatur anima; probatur minor quia ſi ſanguis eſſet vnitus corpori per vnionem ſubſtantialem formæ nutritio repugnaret ab intrinſeco: ſed hoc non eſt dicendum; ergo ſanguis non eſt continuus corpori

per

per vnionem ſubſtantialem formæ, patet aſſumptum: nan ideo ſanguis tranſit in rorem, cambium, & gluten, vt parti nutriendæ aſſimiletur, ſed hoc haberet ſanguis antecedenter, ſi eſſet pars corporis, & vniretur vnione formali corpori: ergo repugnaret nutritio ab intrinſeco: nam ad quid tot mutationes, & alterationes ſanguinis, vt convertatur in ſubſtantiam aliti, & nutriti?

Argues 1. Sanguis, & ſpiritus hinc inde velociter movētur intra corporis viſcera, ſed hoc provenit ab aliqua forma viventis: ergo ſanguis, & ſpiritus informātur anima: ſed ex eo quod informentur anima ſunt partes corporis: ergo ſanguis, & ſpiritus ſunt partes corporis. Comprobatur aſſertum, quia ſtatim quo guadium perſentimus, ſpiritus, & ſanguis quaſi effunduntur, & moventur ad extra; in mærore igitur retrahuntur, & in ſenſu, & motu voluntario facultas operatur medio motu ſpirituum.

Reſpondeo diſtinguendo maiorem: ſanguis, & ſpiritus hinc, inde moventur abaliquo principio intrinſeco movente eos: nego maiorem: ab aliquo principio extrinſeco alterius viventis, concedo maiorem, vel iterum diſtinguo: ſanguis, & ſpiritus hinc inde moventur, per propriam emanationem, nego: per emanationem formæ ſubſtantialis corporis viventis, concedo. Vnde moventur ſanguis, & ſpiritus, ſicuti, & reliqui humores, per vitalitatem, non vero per vitam, quia vita nil aliud eſt, quam principium

in-

intrinſecum, ſenſus, & motus; vitalis vero eſt communicatio vitæ medio calore nativo.

Argues 2. In morte hominis ſanguis coagultatur, & frigeſit, ſed non coagultaretur, nec frigeſieret ſi adeſſet vita: ergo quia informabatur anima; patet aſſumptum in ſanguinis miſſione, in qua ſanguis concreſcit; ſed non ob aliam rationẽ, niſi quia eſt extra corpus: ergo é contra: ſi in corpore cum vita diu perduraret calidus, & ad motum proclivis anima informatur.

Cui argumento reſpondetur: in morte hominis ſanguis frigeſit, & coagulatur quia deficit ipſi vita, nego: quia deficit illi calor naturalis, cõcedo, præter quam quod ſanguis coagulatur præcipue ratione fibrarum, vt communis eſt medicorum opinio. Ad id de ſanguinis miſſione facile reſpondetur: nam ibi calidus apparet, ſaltim pro aliquo temporis ſpatio, & tamen non vivit, quod ſi ita eſſet pars quælibet corporis, quæ erat vnita, & informata anima, auferreretur abſque eo quod perſentiretur in corpore neque noxium maximum induceret, quia corpus eſſet diminutum, & defectibile, eo quod auferreretur pars continua illis, & daretur morbus in numero, citu, figura, & magnitudine: ſed hoc non eſt dicendum: ergo

SEC-

 *SECTIO V.* 

Vtrum operationes immediate proveniant à partibus ſimplicibus, & mediate ab inſtrumentalibus?

NOto 1. quod partes ſimplices nullam aliam dicunt compoſitionem, præter formam ſubſtantialem,& qualitates elementorum, à quibus immediate procedunt, & ideo quilibet affectus in ipſisper alterationem curatur, eo quod ſemper in aliqua intemperie conſiſtat, vt conſtat ex Galeno millies in locis, & primo meth. lib. per totum; 7. meth. cap. 2, & 3. lib. de inæquali intemperie: & cum hoc ſit receptiſſimum apud medicinæ Proceres, vt verum ſuppono, & ratio eſt: quia morbus vt ſic dividitur in intemperiem, quæ convenit partibus ſimplicibus, malam compoſitionem, quæ partibus inſtrumẽtalibus, & ſolutionem continui, quæ vtriuſque communis eſt affectio.

Noto 2. quod operationes, vt fiant, neceſſario dicunt facultatem tamquam cauſam efficientem, & inſtrumentum, quo vtitur ad eas eliciendas, & præter hoc aptitudinem proprij inſtrumenti, vnde hæc aptitudo, quam dicit omne inſtrumentum, à partibus ſimplicibus ſuſcipitur, quia ab eo accipit inſtrumentum aptitudinem, à quo accipit eſſe compoſitionis, & inſtrumenti, & cum accipiat inſtrumentũ eſſe à partibus ſimplicibus, inde eſt quod accipiat

abeis

abeis aptitudinem, & consequenter immediatius procedunt operationes à partibus simplicibus.

Dico 1. Operationes immediatius procedunt à partibus simplicibus, & secundario à partibus instrumentalibus. Probatur 1. ex Gal. lib. 1. Meth. c 6. vbi ait: *est enim instrumentum oculus, actio vero vissio vna ex particulis eius similaris, ac primum vissionis instrumentum: scilicet, humor chrystalinus*: ergo expresse ex Gal. pars simplex oculi, humor chrystalinus, & non totus oculus vissionem efficit: sed vissio est operatio: ergo operatio immediatius procedit à partibus simplicibus.

Probatur 2. ratione cum Sapientissimo Doctore Vallessio, quia partes simplices sunt, quæ dant esse partibus instrumentalibus; ergo dant illis hunc modum operandi; patet, quia partes simplices prius sunt inesse, quam partes compositæ: sed eo quod sint prius in esse, ratione operationum, primario operationes ipsis debent tribui: ergo secundario instrumentalibus: assumptum patet, quia quælibet tela oculum componens, & quilibet homor nomen partis sortitur simplicis, sed non instrumenti, vsque dum coniunctim totum oculum componant: ergo prius sunt partes simplices ceorsim, & secundario instrumentum efficiunt, cum in actuali exercitio totum oculum componant.

Argues 1. ex Galeno, qui libello de differentijs morborum capite 3. partes simplices instrumen-

tum appellat; ergo immediate procedunt operationes à partibus instrumentalibus, cum partes simplices appellet Gal. instrumenta, vt constat ex his verbis; *simplices sunt arteria, vena, & nerbi, cartilago, ligamentum.* Aristoteles 2. de partibus animalium cap. 2. inquit: *Siccæ & solidæ inter homogeneas partes sunt os, spina, nerbus, vena*, itaque arteriæ sunt simplices.

Cui dubitationi, Respondeo distinguendo probationem cũ ipso Doct. Sapientissimo Vallesio lib. 2. controv. venæ, & arteriæ sunt partes simplices; quo ad sensum, concedo; in essendo, nego; quia vena, & arteria ex triplici genere substantiæ componitur, scilicet, membranosa, fibrosa, & cartilaginosa.

Argues. 2. Atractio manus, vel proiectio lapidis provenit ab ipsa manu immediate, sed tota manus est pars instrumentalis: ergo atractio manus, vel lapidis depulsio provenit ab ipsa manu, tamquam ab instrumento immediato. Respondeo distinguendo maiorem; atractio manus, vel lapidis proiectio provenit ab ipsa manu immediate, quo ad vsum concedo maiorem, immediate quo ad compositionem præcisse nego maiorem: hoc est figura manus requiritur quo ad vsum atractionis, sed tamen, si pars aliqua simplex manus distemperetur, neque impulsio fiet, neque atractio, quod corroboratur Galeni exemplo in crure intemperato à nimio frigore amitente motum naturalem.

SEC.

 SECTIO VI. 

Vtrumin morte hominis ſint vere partes?

NOto quod partis nomen eſſentialiter accipitur in ordine, & relatione ad totum ſubſtantiale cõpletum, anima præciſſe informatum. Vnde cum in morte hominis ſit aliud totum forma cadaverica informatum, inde eſt, vt ſolum denominative, & non entitative nomen partis mereantur cor, hepar, &c. admodum quo dicitur apud vulgum Petrum, l. Paulum ſepelliri, cum tantum ſepelliatur corpus, quod Petri erat.

Dico 1. *In morte hominis non ſunt partes vere, & entitative.* Probatur 1. quia vbi repugnat definitio, repugnat eius definitum; ſed in morte hominis repugnat definitio partium; ergo & partes: minor patet ex propria partis definitione, & entitativa, ſcilicet corpus toti cohærens, communi etiam vita coniunctum ad illius actionem, & vſum comparatum ſed hæc definitio in morte hominis repugnat: ergo, & eius definitum, &c. Item duplex ſequæretur contradictorium, quia in morte hominis daretur actio partis, & non daretur; ergo: patet ſequæla, quia daretur actio, vt conſtat ex propria partis definitione, & non daretur, quia datur privatio, & abolitio actionis; ergo &c.

Argues 1. In morte hominis fit Anathomia, ſed anathomia eſt recta partium corporis humani di-

vissio; ergo in morte hominis dantur veræ, & rectæ partes. Respondeo distinguendo minorem, sed anathomia est recta partium denominative divissio corporis humani, concedo; entitativa, nego, nam entitative corpus cadavericum appellatur: denominative autem, corpus Petri, aut Pauli. Et sic respon-nere potestis cæteris argumentis.

Sed quæres, quæ pars primo generetur in vtero? & respondeo cum Sapientissimo Antonio Laurentio in sua Anathomia, quod partes in esse primo sūt membranæ fætum involbentes; deinde respectu partium principalium, jecur primo generatur, deinde cor, postea cerebrum: hunc ordinem experientia commostravit Hyppoc. lib. de natura humana, vbi inquit; *genitura postquam permixta, & retenta fuerit quacumque die, & hora excernatur pelliculæ quadam quasi crustra perpetuo tecta excernitur.* huius sententiæ est Aristoteles, & Gal.

***   ***

***

TRAC-



TRACTATUS de Crisibus



SECTIO I.



De natura, & divisione signorum.

SIGNVM, quod à *significando* dicitur, *est illud quod præter id, quod sensui repræsentat, facit nos in alterius rei nobis ignotæ cognitionem venire.* Vt vrina naturalis, & cocta, quæ præter colorem, substantiam, & contentum, quæ vissu percipiuntur, denotat etiam naturam intra vassa supperare humorem morbum facientem, & sic de alijs signis.

Dividuntur vero signa in demonstrativa, & prognostica; *demonstrativa sunt, quæ præsentem morbum ostendunt*, & adhuc ita sunt pathognomonica: id est passionis significantia: dicuntur que talia, quia simul invadunt cum morbo, & sunt propria, & inseparabilia à morbo: vt calor adurens, & sitis incompescibilis significant febrem ardentem: similiter delirium perpetuum, & febris accuta continua

tinua phrenitidem ostendunt: sicut in pleuritide reperiuntur illa quinque signa, à Galeno, & omnibus Medicis sæpius tradita: nimirum febris accuta, pulsus durus, dolor punctorius, tussis, & respirationis dificultas: atque adeo sunt ista signa suarum passionum demonstrativa, vt bene valeat argumentum à positione signorum, ad positionem morbi, & ẽcõt. valet enim adest ingens calor, & sitis incompescibilis: ergo & febris ardens, & negative similiter in alijs morbis possumus argumentari.

Alia vero demonstrativa sunt, quæ vocantur accidentia, ea scilicet, quæ non necessario invadunt cum morbo, sed aliquando, neque sunt propria, & inceparabilia à morbo, vt in febre ardente vomitus, aut deiectio biliosa, & capitis dolor.

Alia signa, scilicet prognostica; *sunt, quæ futurũ eventum prænuntiant*: & hæc sunt in triplici differentia: quædam sunt signa coctionis, & cruditatis: alia sunt signa salutis, aut mortis: alia demum decretoria: omnia vero hæc signa conveniunt in hoc, quod non postulant ex sua natura invadere simul cum morbo, sed paulo post, & dicuntur mox apparientia, aut supervenientia: iusta Hyppocratem 1. aphor. tex. 12.

Signa coctionis, & cruditatis reperiuntur in his tribus, vt Gal. docet in vrinis, in excrementis ventris inferioris, & in sputis: signa salutis, aut mortis, non solum in his tribus, sed etiam in operationibus natu-

tu-

turalibus, vitalibus, & animalibus, & etiam in toto corpore reperiuntur.

Decretoria ſigna dicuntur, *quæ criſim futuram oſtendunt*: & licet hæc non poſſint apparere in principio, aliquando tamen ſuo tempore eveniunt, & in augmento, & ſummo vigore.

Rurſus huiuſmodi ſigna ſunt in duplici differẽtia: quędam enim præter hoc quod ſignorum rationem habent, ſunt etiam cauſæ, vt vomitus, deiectio, fluxus ſanguinis e naribus, & alia huiuſmodi: hæc enim præter hoc, quod ſignificant corporis diſpoſitionem, poſſunt in corpore aliquid vlterius cauſare, cum per has evacuationes evacuetur pars humoris facientis morbum; alia ſunt, quæ tantum habent rationem ſignorum, vt dolor capitis, tenebricoſa vertigo, &c.

Inter hæc ſigna prognoſtica advertenda eſt differentia, quam inſinuat Gal. 1. de cauſis cap. 15. qui ait: ſigna coctionis, & cruditatis certa eſſe, & fida, habent enim ſtabilem ſignificationem, eo quod ex ſua natura vnum tantum ſignificent, vt ſi appareat vrina cum optimo colore, & ſedimento alvo, levi, & æquali: abſolute dicimus, vrinam eſſe bonam: ſi vero ſemper ſit aquoſa, & ſine ſubſidentia: abſolute dicimus eſſe malam: cæterum ſigna decretoria nõ ita ſe habent, ſed eorum natura incerta eſt, & infida: nam pro diverſitate temporum morbi, in quibus apparent diverſa ſignificant: quod optime ex-

plicuit Hypp. 2. epidemion, parte 1ª. cap. 9. vbi asserit: *decretoria, quæ non deſernunt, aut læthalia, aut dificilia.* Quaſi dicat: ſigna decretoria quando non contingunt, vt auferatur morbus, aut notabiliter minuatur læthalia, id eſt ex ipſis ſequi ſolet mors, aut difficile iudicium: appellantur autem talia, quando contingunt plures abſeſus, aut plures evacuationes, vt ſi in ægrotante contingat mentis perturbatio, anxietas, vertigo &c. hæc ſigna decretoria ſunt, non tamen habent ſtabilem ſignificationem, ad bonum, aut ad malum: nam ſi appareant in principio ſunt maligna: cum requiſitis vero ad criſim ſunt bona, & pro inde appellantur enim à Galeno lib. artis medicæ cap. 84. *neutra*, aliquando vnum, aliquando vero alterum ſignificant.

Poterit quis dubitare: an maior vis repiriatur in malo ſigno ad præſagiendam mortem, quam in bono ad prædicendã ſalutem. Reſpondetur: quod ſi ſermo ſit de ſignis ſalutis, aut mortis, maiorem vin habet malum ſignum ad mortem ſignificandã, quam bonum ad prædicendam ſalutem, quod ideo contingit: quoniam ad vitam neceſſariæ ſunt pluriũ facultatum actiones, ad mortem vero ſufficit vna extreme debilis: v.g. melius colligitur ex peſſimo decubitu ægrum interiturum, quam ex optimo decubitu ſanum evaſurum. Si vero ſermo ſit de ſignis coctionis dicendum eſt e contra: hæc enim ſigna efficatiora ſunt ad præſagiendam ſalutem, cum

oſtẽ-

ostendunt victoriam naturæ ſupra cauſam morbi: ſigna vero cruditatis inefficatiora ſunt; quia contingit ſæpe , in ſumma cruditate , quando iam eſt deſperata ſalus, cauſam morbi evacuari ad partem ignobilem, aut extra corpus; & ita Gal. 3°. de criſibus cap. 4. ait: *ſigna optimæ criſis, ſubquibus etiam ſigna coctionis, & cruditatis, habent plurimum ſcientiæ, & certitudinis, ſigna vero cruditatis malæ certitudis habere potius plurimum coniecturæ*. Quod optime explicuit Avic. fen. 2.4. tex. 2. cap. 3. ſed id quod diximus de certitudine ſignorum coctionis ad præſagiendam ſalutem devet intelligi de ſignis coctionis , ſubſequente poſtea aliqua evacuatione : quod colligitur ex Hypp. 1. prorrecticorum com. 24. vbi inquit: vrinæ coctæ malæ, niſi adſit aliqua evacuatio: tum propterea opportet attendere ad præſagiendum ex ſignis coctionis , anſit vnicus tantum morbus? an cum eo ſint plures complicati? & hæc eſt cauſa propter quam Hypp. 13. morb part 3. *ægrotum, inquit, Anaxionem laborantem pleuritide, non ſolum ab evacuatione, per ſputum, ſed etiã ſudore liberatum fuiſſe, eo quod non ſolum laborabat pleuritide, ſed etiam febre pudrida*. Et propter eandem cauſam reffer Hypp. 1. de morbis vulgar. par. 2. cap. 84. *Pictoris ancillam cocto, & ſuppurato tumore poſt aures interijſſe*: cuius eventus cauſa miratur Gal in commento, cum dictum fuerit ab eodem Hypp. *coctionis juditium celeritatem, & ſecuritatem ſigni-*

H ſica

ficare. Ratio vero eventus ea eſt: quia cum non ſolum illa laboraſſet tumore, ſed etiam putrida febre: continua, cocta fuit materia tumoris: non vero humor putridus, qui erat cauſa febris continuæ, cuius ratione illi mors ſupervenit.

 *SECTIO II.* 

Quid nomine criſis intelligatur? & quid ſit?

CRiſis, vt docet Gal. 3. prog. tex. 1. de ſumpta eſt ad ſignificandum in foro exteriori: denotat que ſubitum iuditium, quod conſtat; reo, teſtibus, accuſatore, judice, & patrono, ac defenſore: ita pariter juditium, quod intra corpus noſtrum reperitur conſtat ex his omnibus, ſecundum proportionem; æger eſt, qui aſſimilatur reo, ſympthomata quæ oſtendunt qualiter ſe habeat morbus, ſubeunt vicem teſtium, ex ipſis enim iudicatur, an æger ſit moriturus, necne? accuſatoris vim gerit morbus, patronus eſt ipſa natura, quæ contendit cauſam ægrotantis defendere, judicis rationem habet medicus, ipſe enim iuxta naturam ſignorum profert ſententiam de ſalute, aut morte.

Notandum etiam eſt: hoc nomen *criſis* ſive juditium varia ſignificare, apud Hypp. & Gal; nam aliquando ſolutionem morbi: ita ille depræceptis, ubi dixit: *iudicatio eſt morbi ſolutio*. Aliquando vero ſignificat evacuationem, quæ fit in criſi, iuxta illud

lud Hypp. 2. aphor. 13. *Quibuſcumque criſis, id eſt, iudicatio fit, his nox gravis ante acceſſionem, quæ vero ſubſequitur magna ex parte levior exiſtit.* ſumitur autem ibi criſis, non pro perturbatione, quæ adeſt ante evacuationem, ſed pro ipſamet evacuatione. Ratio vero propterquam tempus ante criſim eſt difficile, ea eſt quia eo tempore mali ſucci a bonis ſeparantur, vnde ex illa motione magis irritant, & moleſtant tales ſucci, & fumoſa quædam excrementa ad plures partes occurrunt. Aliquando etiam criſis dicitur a perturbatione præcedenti, vt docet Gal. 10. de diebus decretorijs cap. 1.

Vlterius notandum eſt; quatuor modis dici criſim, aut enim pro ſubita mutatione in ſalutem, aut pro ſubita mutatione in mortem, aut in melius, aut deterius, vt refert Gal. 1. de criſibus cap. 1. & 3. prog com. 1. & ex Hypp. 10. epid, part. 3. tex. 26. licet proprie, & ſimpliciter dicatur de ſubita mutatione ad ſalutem; quia quando ſubita mutatio contingit in melius, aut in deterius, dicitur imperfecta criſis, nec obſtat, quod 3°. de criſibus, ſex modis circa morbos contingere mutationem ſtatuit Gal. itaque ſimpliciter, & abſolute criſis ſumitur, pro ſubita mutatione ad ſalutem, vt docet Gal. 1°. de diebus decretorijs cap. 2, & 3. de criſibus cap. 7. quæ criſis ſimpliciter dicta devet habere has conditiones. Primo devet eſſe perfecta, id eſt per quam nihil relinquatur materiæ morbificæ: 2 devet eſſe fida, id eſt ſine

ne signis residivę. 3o. devet esse manifesta, idest cum sensibili evacuatione, vel absessu. 4o. devet esse tuta, idest sine gravissimis sympthomatibus. 5o. vt per eã morbus terminetur ad salutem, quod si has omnes conditiones non habeat, non devet dici bonã crisis.

Inter has conditiones illa indiget animadvertione, in qua dicitur: devere fieri crisim cum aliqua sensibili evacuatione, aut absessu: nam 2. prog tex. 29. inquit Gal; *sæpe maximam in morbis vtilitatem sentiri, quando quis longo temporis spatio vigil permansit, & postea profundo somno fuit correptus, solet enim aufferri morbus, maxime in pueris, qui modi per insensibilem fiunt evacuationem; qua præcertim solent liberari pueri, vt pote calidi; & humudi:* Et clarius 3. prog. cap. 1. docet; celerem mutationem, in morbis puerorum, contingere inter dormiendum, quare crisis simpliciter perfecta devet fieri cum aliqua sensibili evacuatione, aut absessu; nam alia mutatio quæ per insensibilem transpirationem fit, licet sæpius afferat vtilitatem maximam, tamen in rigore non meretur nomen crisis, nam mutatio in vaporē non fit subita, sed paulatim.

Advertendum est tribus modis posse hominem liberari à morbis: & quatuor modis contingere quod ægrotus pereat: potest enim homo sanitati restitui per crisim dictam simpliciter, & vlterius per crisim imperfectam, & præterea paulatim, progreditate morbo sine crisi; quandó paulatim procedit mor-

bus

bus, & motu tardo, finitur sine crisi: similiter his tribus modis potest interire, aut subito deducto homine ad mortem: secundo per crisim imperfectam, & præterea sine crisi, quando paulatim ad mortem progreditur, quem admodum Gal. appellat 3. de crisibus cap. 1. *marcorem, sive senectutem.* Morbi tamen alij, quarto modo hominem interimunt subito, & sine crisi: vt quando in principio vniversali alicuius morbi, ex multitudine, aut crasitie humorum sufocationem patitur, cui modo mortis non correspondet alter, per quem possit sanitati restitui; non enim potest homo, asque crisi subito sanitati restitui; potest tamen subito sine illa interire.

Deinde supponere opportet duplicem crisim, ex Gal. doctrina 3. de crisibus, cap. 3. nam quædam est bona: quædam vero mala: bona autem quibusdam conditionibus constare devet: scilicet, vt fiat præcedentibus signis coctionis, quæ dum quis laborat putrida febre concideranturin vrina dum morbi sunt in ventre inferiori concideranturin deiectionibus; si autem morbi fuerint in thorace conciderãtur in sputis. Secundo crisis devet esse in dicata aliquo signo, & indie indice, & cum aliqua evacuatione, l. absessu, in quo devet servari rectitudo.

Mala crisis aliqua habet in quibus differt abona: præsertim, quod non fiat cum signis coctionis, aut secundum rectitutudinem, nec cum evacuatione, aut absessu, convenit auten cum bona, quia so-

let esse indicata, & indie iudicatio; tamen signum, quod indicat crisim, etiam ostendit futuram esse malam: nam si ex alijs signis constat morbum esse iudicandum per crisim; si nubecula appareat quarto die alba, levis, & æqualis existimare opportet morbum iudicandum esse in salutem septimo die: si quarto eodem appareat nubecula nigra, iudicabitur morbus in mortem septimo. Sic docet Hypp. 1. epid. parte 3. contigisse Philino, & Philisto.

Perperam ergo vulgus existimat, quod quando indiebus iudicatorijs deterius se habet æger melius est: ita vt ex hac causa maior certitudo salutis desumatur, quam si bene se habeat: oppositum absque dubio verum est, quod colligitur ex Hypp. 1. epid. part. 2. comm. 25. vbi narrat pessima signa, quæ in illa tempestate contingebant in diebus iudicatorijs, dum explicat illam sententiam. Galenus autem non solum illo loco, in 3. de diebus decretorijs dixit: malam mutationem in diebus iudicatorijs esse signum læthalis morbi; bonam vero esse signum morbi tendentis in salutem: ita vt signa, quæ contingũt. in die iudicatorio, habeat maiorem vim in iudicando: quod colligitur ex Hypp. 2. prog. 54. vbi dum explicat speciem quãdam pessimi sputi, absolute dicit esse malam: pessimam si die septima incipiat: cuius diei nomine intelligit omnem diẽ decretorium, & 3. prog. cap. 9. pessimum esse tumorem rubrum in collo apparentem statim evanescere, & addit præ

cer-

certim in diebus decretorijs; si evanescat: in cujus confirmationem venit illud, quod Hypp. 1. prorret. 4. ait *Stillæ sanguinis per nares malæ, præcertim si in quarto die inceperint; est enim hoc signum in morbis accutis pessimum, nam significat humorem rapi ad caput, nec posse detineri, aut propter malam qualitatem irritantem, aut propter debilem facultatem, tamen deterius erit hoc signnm si appareat in quarto, cuius nomine, etiam quilibet intelligitur decretorius:* tamen vt docet Galenus 3. de crisibus cap. 4. signa, quæ ostendunt bonam crisim futuram, maiorem habent certitudinem, aut plus scientiæ: quæ vero cõtingunt in crisi mala, plus incertitudinis, & coniecturæ. Ratio est; quia motus regularis naturæ est ordinatus: itaque nam dum recte operatur, semper cũ ordine operatur, quando vero malé, sine illo: & quia varij, & diversi motus naturæ, sine ordine sunt, ideo tales minimum habent scientiæ, & plus in certitudinis, & coniecturæ.

Ex triplici autem fonte potissimum sumuntur signa ad cognoscendum, vtrum aliquis morbus deveat per crisim terminari, vel é contra; nam ex specie, & idea morbi cognoscitur primo vt si febris sit ardens, vel accuta pleuritis, & ex motu, & magnitudine, reliqua enim quæ sumuntur à causis externis, vt regione, tempore, &c. juvant ad cognitionem eius, quod dictum est, vnde species morbi cognoscitur ex pathognomonicis signis; motus vero, ex ve-

locitate, aut tarditate ipsius: nam morbus, vt finiatur per crisim devet habere celerem motum, ideſt brevi tempore devet pervenire, ad ſtatum; quod cognoſcitur ex eo quod accidentia, brevi tempore contingunt, ſimiliter vt Galenus docet in methodo, tribus modis dicitur morbus magnus; ex eſſentia, ex principatu partis, & ex cachochymia: magnitudo morbi ex propria eſſentia cognoſcitur, ex magnitudine ſympthomatum, quæ dicuntur pathognomonica: talia enim indicant morbi eſſentiam; quod autem morbus ſit mali moris cognoſcitur ex ſupervenientibus accidentibus: quod vero ſit magnus ratione partis cognoſcitur ex læſſione alicuius partis principis, & ex magna diſſimilitudine actionis illius partis ad naturales. Perperam autem Argent. lib. de diff. morb. repræhendit Gl. quod non traddiderit aliquam differentiam morbi magni in communi, cum facile ex doctrina Galeni deducatur, & præcipue 7. methodi cap. vlt. nam morbo magno in communi tribuit quod inferat magnam noxam, & læſſionem corpori.

Ex quo recte explicari poteſt dubitatio quædam exiſtimantium, quod febris diaria eſt in parte principe ſcilicet in corde, & tamen non eſt morbus magnus. Reſpondetur quod febris diaria licet ſit in parte principe, ſcilicet corde, non tamen infert magnam læſſionem in actionibus partis principis; ſimiliter in jecore poteſt eſſe aliquis tumor tam exiguus

guus, aut aliqua intemperies, ex quibus tan parum vitietur coctio, vt neque in hac significatione, dicatur morbus magnus: quocunque autem ex his modis magnitudo contingat signum est terminationis per crisim.

Nec solum potest medicus cognoscere id quod dictum est, sed ex opposito cognoscit non esse terminandum morbum per crisim; potissimum autem deducitur hoc, vt recte Galenus docet, ex debilitate virtutis, quia virtus debilis non insurgit contra naturam morbi, nec pugnat cum ea, hoc est cum causa, sed etiam maximi momenti est concideratio diei, in quo futura sit crisis, quod fit conciderando diem, in quo incipit coctio manifesta, vt si morbus habeat manifestam coctionem in quarta die, iudicabitur in septima.

Tamen circa dies, in quibus accidunt crises, opus est advertere, quod Galenus inquit; adeo raro contingere, crisim quarta die supervenire: vt Archig toto suo tempore, bis tantum illam vidisset: Galen. vero semel: reffert autem Hypp. crisim in quarto die factam 3. epidemion parte 3. ægroto 6. Rationem vero huius tan rari eventus adducit Vall. in explicatione huius loci Hypp. dicit enim, quod aut morbus est, qui movetur per pares, aut impares dies, aut est de genere febrium continentium: istæ licet adeo accutæ sint, vt crisim, aut iudiciũ possint quarto die habere: tamen raro febres tales contingunt, &

raro etiam non reperitur humor in earum curatione: si vero febres sint habentes accessiones per dies pares, licet quantum ad influxum superioris causæ, in quarto die deveret fieri crisis: tamen, quia tales morbi pendent ex contumacia, & difficili materiæ motu, non sunt odeo accutæ, vt possint terminari intra quatuor dies: non obediente autem materia, ad aliquem effectum parum reffert virtus causæ efficientis, vt talis effectus sequatur: si autem morbi causa mutationes habeat per impares, non potest esse crisis in quarto, quin potius, vel anticipat crisim, & fit in tertio, vel postponit ad quintum.

Sed hic communis intellectus loci Galeni, non videtur secundum authoris mentem: quia cum ex eodem Galeno supra citato; febres continentes ex propria natura iudicantur in quarto: non est credibile, cum tempore Galeni, toties contegissent, & satis verisimile eum tales febres herrore non curasse, tamen nec crisim vidisset in quarto die, nisi semel: potius vero existimare opportet loquutum fuisse Gl. in omnibus morbis, qui habēt exsacerbationem tertio quoque die, & per dies impares, tales raro possunt habere crisim in quarto: quia talis dies est dies remissionis: vt plurimum vero contingit crisis in die exsacerbationis: hanc dubitationem licet colligere, ex Avic. loco citato vbi inquit: *& raro fit crisis in die tranquilitatis, & quietis*: ita vt Archig. tantum bis, Galenus vero semel: itaque, quod Gal. explicat

no-

nomine quarti diei, Avic. intelligit per diem tranquilitatis, & quietis, scilicet diem remissionis febris: nam absque dubio frequentissime contingit fieri crisim in die exsacerbationis, ad quod comprobandum Gal. 3. de crisibus, cap. 10. adducit illam sententiã Hyyp. 2. aphorismorum 13. *Quibuscumque crisis futura est, his nox gravis ante accessionem.* Idem autem est dicere *nox ante accessionem*, quod *ante evacuationem criticam*: quia talis in accessione contingit, & propterea dicit Hypp. 1. epidemion parte 3. c. 8. *quæ paribus diebus moventur, paribus iudicantur.* Habet enim crisis hoc commune cum die exsacerbationis, nam vtrobique irritata natura pellit humorem: opportet autem advertere, quod quando morbi accuti contingunt, qui moventur per dies pares, multo periculosiores existimandi sunt, & magis læthales, quam qui moventur, per dies impares. Ratio est: quia cum inter dies iudicatorios, quidam sint potentiores, & magis efficaces, quales sunt impares, & maiori efficatia eorum, maius robur in facultate ægrotantis cõparatur: vnde quia id efficit in morbis, qui moventur per pares: ideo tales morbi magis timendi sunt, vt pote cum maiori periculo, quoniam facultatem habent minorem resistentiam præstantem.

SECTIO III.

Quod tempore tutius appareant crises?

IN hac dubitatione reliqua devent esse pariâ, sola diversitate ex parte temporis desumpta: experiẽtia enim demonstrat: aliquando fieri crisim interdiu, aliquando noctu; potestque proposita dubitatio duobus modis intelligi, scilicet, quo tempore copiosiores contingant criticæ evacuationes, aut quo tempore fiant tutius.

Dico gº. primo; *absolute, & simpliciter copiosiores fieri criticas evacuationes noctu, quam diu*, & probatur: quia si sermo fit de illis, quæ fiunt motis humoribus, ab externis partibus, ad internas, res est aperta: tum quia iuvat motionem humorum ad internas partes constrictio, quæ noctu fit, & præterea iuvat evacuationem maius robur facultatum, quod eo tempore eis comparatur, ex eo quod spiritus moventur ad eas partes: & licet aliquæ evacuationes fiant operante animali facultate sentienti, in his etiã est maius robur propter dictam rationem: si vero evacuatio contingat motis humoribus ab internis, ad externas partes, etiam sunt copiosiores noctu: quia multo magis conducit ad eas robur facultatum in partibus internis, quam contrarius motus humorum, qui noctu fit, vt pote ab externis ad internas partes, quod experientia constat: in sudore enim multo copiosior contingit inter dormiendum, quam

inter

inter vigillandum, etiam si tempore somni humores moveantur ab externis ad internas partes.

Dico 2. quod si nomine crisis intelligamus labores, & anxietates, quæ contingunt ante evacuationem multo tutiores contingunt diu, quam noctu, vt pote: quia labor contingit tempore consuetæ quietis; si vero tan evacuatio, quam labor contingere devent diu, ac noctu, conciderare opportet an æger periclitetur propter virtutis debilitatem? an vero propter materiæ multitudinem? si primum tutius contingit, propterea, quod noctu magis debilitetur virtus ex prædictis causis; si vero secundum; tutius contingit coctu, eo quod copiosius eo tempore materia vacuetur, vt explicatum est.

Sed duo sunt, quæ indigent animadversione: alterum est, quod dicitur communiter: evacuationem per insensibilem transpirationem multum vberius contingere inter dormiendum, quam inter vigillandum, ex eo quod Galenus 3. prog. cap. 4. asserit: aliquando pueros celeriter liberari à morbis lõgo somno, ita vt quidam crisim hanc evacuationem appellent.

Oppositum autem verum est, atque adeo existimare opportet, potius inter vigillandum hanc evacuationem fieri copiosiorem; quod colligitur ex Gal. 12. meth. cap. 3. vbi docet; laborantes syncope ex multitudine pravorum succorum prohivendos esse à somno multo, eo quod non solum gravat viscera,

sed

ſed prohibet digeſtionem, atque multo melius agitatur: ſivicisſim ſomnum, & vigilliam conſulamus, ita vt per ſomnum concoquantur humores, per vigillias digerantur; & 6. epidemion parte 4. cap. 14. docet Hypp. in vigillia externas partes eſſe calidiores, internas vero magis frigidas; contra vero in ſomno. Ex quo colligitur potius motum verſus cutim contingere in vigillia, quam in ſomno, & conſequẽter, potius in evacuatione, quæ fit per cutim.

Vlterius vero diſputandum erit, quod dicebamus de ſudore: nam videtur non eſſe copioſiorem in ſomno, quam in vigillia, ſiquidem humores inter dormiendum retrocedunt ab externis ad interna: ſed re vera primum eſt verum, quod non ſolum, docet experientia: ſed Avic. 2. primi Doct. 2. cap. 13. vbi docet; *omnes evacuationes cohiberi ſomno, præter ſudores.* Ratio autem eſt: quia omnes indigent operatione animalis facultatis, quæ intercipitur ſomno: ſed cauſa propter quam ſudor abundantior fit in ſomno eſt; quia inter vigilliam dum vapor, qui ad cutim aſcendit apropinquat illi calidæ, & raræ; vnde ſpirat vapor in propriam ſpeciem, at vero inter dormiendum cutis eſt frigidior, & dẽnſior, & exconſequenti, magis ſibi detinet vapores, & in aqueã naturam mutantur: quod contingit compræſſione facta ab exigua frigiditate; vt videmus vaporem ex aqua elevatum ab igne concreſcere in operculo, etiam ſi intenſum calorem habeat. Accedit vlterius,

quia

quia sæpe contingit in venis; & arterijs, quæ sunt prope cutim plurimam seri quantitatem detineri; inter dormienum vero, cum illæ partes destituantur, calore influenti, evacuatur per poros ipsa serositas in dictis vassis contanta, vel congestione earundem partium facta à frigiditate, vel propter debilitatem facultatis retinentis.

SECTIO IIII.

An evacuationes sympthomaticæ possint aliquando vtiles esse?

QVanquam enim plurimis modis evacuationes dicantur sympthomaticæ, tamen in præsenti dubitatione dicuntur tales tempore, hoc est quando fiunt ante signa coctionis materiæ morbificæ: videntur autem tales evacuationes semper esse malas, nã dictum est à Galeno 4. aphorismorum tex. 2. *quando aliquis incipit morbus nihil tunc exernitur ratione naturæ: sed omnino sunt cassus earum, quæ sunt in corpore; quo tempore aliquid bene vacuari est impossibile.*

Secundo probatur, non solum, vt signa tales evacuationes esse malas: sed etiam, vt causas; vt signa enim; quia ostendunt ante devitum tempus irritari naturam ad expulsionem, propter pravam qualitatem, & quantitatem humoris: vnde Galenus 1. de crisibus cap. 8. ait; aut mortem, aut morbi longitu-

di-

dinem, aut residivas significare. Malas etiam esse tales evacuationes, vt causas probatur ex Hyppoc. 10. epidemion part. 3. tex. 26. vbi reffert: *sudores non solum iuvare, sed lædere*, & reddit causam Galen. in commento: *quia erat sine signis coctionis*: quod confirmat 2. prorrec cap. 36. loquens de alvi pertubatione.

Sed in hac dubitatione dicendum est: has symphomaticas evacuationes aliquando vtilitatem afferre ægrotantibus, esse que bonas, vt causas: probatur ex Hypp. 3. epidem. part. vbi dixit: in historia eius, qui habitabat in horto, cui sudores per totum corpus ibant, evomuit, & liquida deiecit, &c. quæ aperte veniunt cruda existente materia, secundum plura sympthomata, quæ ibi reffert, & tamen melius se habebat æger. Expresius tamen illud habetur ab Hypp. 1. epidem. part. 3. in historia Metonis: hic enim cum habuisset fluxum sanguinis, é naribus, & liberatus est à morbo exibuit Hypp. inter alia remedia in capite aquæ tepidæ valneum, vt evacuationem talem, quantumbis sympthomaticam promoveret: vnde Gal. in commento duo colligit ex prædicta sententia; primum, quod tale valneum iuvat talem evacuationem: secundum, quod vera est Hypp sententia ex 2. aphorismorum, quæ habet: *quæ ducere opportet, quo maxime natura vergit*: tamen, quod ex hac doctrina possumus colligere, & ad nostram quæstionem multum reffert, est: aliquando

eva-

evacuationes ſympthomaticas iuvandas eſſe à medicis.

Maximé advertendum eſt, ita Methonem liberatum fuiſſe, ex prædicta evacuatione, vt manſiſſet liber á morbo, ſine recidiva, quod ſatis raro contingit: illud enim Methoni contegit, quoniam habuit talem evacuationem repetitam.

Pro cuius propoſitæ concluſionis intelligentia, notandum eſt, apud Gal. iudicationes in quatuor dividi differentias: quædam enim ſunt optimæ; aliæ bonæ, & imperfectæ: aliæ malæ & confertim interimentes: aliæ quidem malæ, ſed imperfectæ. Rurſus non eſt idem aliquem morbum eſſe mali, & peſſimi iudicij, quod docet Hypp. 2. epidemion parte 2 cap 4. his verbis. *Decretoria, quæ non deſerunt, aut læthalia, aut difficilia.* Aliquando enim ſequitur mors in talibus decretorijs: in quo eventu morbus eſt peſſimi iudicij, & etiam contingit difficilem eſſe iudicationem, quia non per vnam, ſed per plures fit iudicium, & non omnis eſt læthalis. Vnde colligitur non omnes evacuationes ſympthomaticas eſſe malas: nam aliquæ ſunt peſſimæ, vt ſyncopales, & omnes aliæ ſimiles, quæ amplius debilitant virtutem, quam minuant morbum, eo quod de propria ſpiritus ſubſtantia magis evacuant, quam de materia faciente morbum. Aliæ vero evacuationes ſunt ſympthomaticæ, ſunt bonæ, quæ minuunt, & aufferunt morbum, vt pote plurimam materiæ quantitatem evacuantes.

Distinguendum vero est: quænam evacuationes sympthomaticæ sint bonæ, & quæ malæ, iuxta Hyp-poc. & Gal. ex conferentia, & tollerantia: conferentia enim dicitur respectu morbi, quia scilicet auffert illum, & minuit: tollerantia vero dicitur respectu facultatis, quia ita facile fert illam evacuationem, vt virtus non reddatur debilior, quam opporteat, nec superveniat aliquod grave sympthoma debilitans virtutem: possumus tamen hæc duo ad invisem separare: nam tollerantia potest esse sine conferentia, vt si evacuatione facta, per sanguinis missionem, aut alio modo, supervenit animi deliquium, tunc temporis vacuatio non confert, nec iuvat; quantumvis dum fit virtus non debilitetur sensibiliter: similiter si quis in principio vniversali febris putridæ copiosum assumat potum aquæ frigidæ; potest esse cum tollerantia, tamen est sine conferentia, & si evacuatur humor noxior, qui facit morbum, & in ipsa evacuatione anxietates, & inquietudines contingunt, sæpe licet videre, in talibus minuitur morbus sine facili tollerantia.

Quia vero dictum est, conciderari tollerantiam respectu virtutis, quando multum non debilitatur, advertendum est: non esse sermonem dequalibet debilitate: nam in omni evacuatione, notatu digna, etiam si conferat, evacuatur quantitas spiritus, cuius ratione debilitatur virtus, sed inteligitur de maiori debilitate, quam pro ratione evacuationis: hoc er-

go

gó præceptum obſervandum eſt, quando in evacuatione ſympthomatica plus debilitatur virtus, quam minuatur morbus, aut licet aliqualiter ſe habeat, ſic virtus addeo debilis redditur, vt non ſuperſint vires ad vlterius ferendum morbum, tunc enim opportet remidijs talem evacuationem cohibere: vt Galenus docet 1. ad Glauconem cap. 13. in ſudoribus ſyncopalibus, & in alvi profluvio, ex quo ſequitur animi deliquium: ſi vero aliter contingat, vt amplius minuatur morbus, quam debilitetur virtus, aut ſi æqualiter debilitetur, cum diminutione morbi, ſi ſufficit virtus adferendum morbum, non opportet cohibere prædictam evacuationem: eſt enim bona: nec iuvare: quia virtus debilior redditur: ſed opportet eam ſinere: ſi autem evacuatio non ſit pro multitudinis ratione, tunc opportet ipſam iuvare. Quia vero conferentia, neque tollerantia reperitur ſtatim in principio evacuationis, ſed conferentia poſt ipſam, & tutius ſit medicum cogſnocere: an vtilis futura ſit? ſtatim cum incipit opportet inveniri medicū aliquod, quo hoc cognoſcatur: id autem eſt ex conditionibus, quæ reperiuntur in bona evacuatione: vt enim talis ſit devet fieri per convenientem regionem, in die iudicatorio, tunc etiam devent evacuari qualia opportet, conciderādo impetum, & quantitatem nā quæ magno impetu fit, ſtatim facit medicum timere de virtute, & non audet iuvare talem evacuationem ſi autem prædictæ conditiones reperiuntur, &

 ſeg-

segniter movet, addet medicus remedia, quibus talem evacuationem iuvare possit.

Ea vero, quæ adducta sunt, in principio, facili negotio solventur ad id ex 4. aphorismorum dicendum est: ibi tantum vituperare Galenum eas evacuationes, quæ sunt symthomaticæ qualitate, ita vt non evacuentur qualia opportet: dum vero Galenus in commento dicti textus dixit; *incipiente morbo, nihil tunc vacuari pro ratione naturæ.* Devet intelligi *naturæ secundum naturæ ordinem operantis.* Nam quãdo natura sic operatur excernit acta coctione, sine qua evacuatio fit propter intempestivam irritationem: quãdo vero vlterius subdit: aliquid bene evacuari est impossibile; devet explicari, quod talis evacuatio semper sit mala, statim vt signum: quia significat, vel malam qualitatem, humoris, vel excedentem quantitatem; propter quam causam non potest natura humorem illum detinere, vsquequo concoquatur, cum quo stat talem evacuationem posse bonam existere aliquando, cum per ipsam evacuetur pars materiæ facientis morbum, & ex inde minuatur morbus.

Ad illud ex 1. de crisibus respondetur verum esse prædictam evacuationem significare illam, aut aliquod illorum, ex quo potius sequeretur aliquãdo esse vtilem, & bonam, quam semper malam; nam si recidivam ostendit, cum hoc præsuponat prius ablatum morbum, sequitur melius fieri circa ægrotantem

tem, quam si toto illo tempore continuo morbus perseverasset: similiter ex eo quod significet morbi longitudinem, sequitur aliquando vtilem esse talem evacuationem: quia melius est hominem vivere morbo existente longo, quam propter morbi accutiem, & brevitatem interire, interiret autem ex morbo accuto, si talis evacuatio non succederet.

Si vero dicatur, quod si pars materiæ facientis morbum evacuatur, potius significabitur brevitas morbi, quam longitudo: quia minori existente materia, breviori tempore fit evacuatio, sed dicendum est, verum esse cæteris paribus, maiorem copiam materiæ tardius coqui: tamen adhuc ex evacuatione illa sympthomatica, aliquando morbum longum futurum esse colligimus: quoniam ex ea in principio facta, denotatur prava materiæ qualitas, vel nimia quantitas, quæ naturam cogit ad evacuationem ante consuetum tempus: vnde si morbus esset in salutem terminandus, fieri etiam posset, vt longiori tempore permaneret; si autem ad malum esset finiendus, intra brevius tempus finiret æger.

Quod vero dicebat Hypp. 2. de morb. vulgar. de sudoribus lædentibus, non devet intelligi de quavis evacuatione sympthomatica: sed est ibi sermo de sudoribus, qui ea tempestate contingebant: & quando Galenus reddit rationem in commento: quia scilicet sine signis coctionis, factæ, aut multitudinem, aut malignitatem materiæ significant: non devet

asu-

asumi hæc ratio, tanquam adequata ad omnes evacuationes tales: quia licet omnes evacuationes similes significēt, aut multitudinem, aut malam qualitatem: tamen propter dictam rationem, non semper sunt lædentes causæ: erant autem illi sudores pravi: quia procedebant ex debili facultate, potius quam ex materia irritata tantum.

 SECTIO V. 

Quid sit morbus accutus? & an talis habeat febrem necessario?

QVoniam in superioribus dictum est: morbum iudicandum per crisim inter alia cognosci ex magnitudine morbi, & celeritate, quæ duo videntur contingere in morbo accuto: explicare opportet: quis appelletur morbus acutus? & an talis habeat febrem necessario.

Q io ad primum Galenus 2. aphor. sententia 19. docet; illum esse morbum accutum, *qui præter quam quod celeriter terminatur, statim magnitudinem habet.* Quod etiam docuit cap. 23. *vbi accuti* (inquit) *sunt morbi magni, & qui celeriter ad vigorem properant, &c.* 2. de diebus decretorijs 12. laudat Galenus Archig. propterea, quod motu, & natura accutum morbum explicuit: quod etiam 3. de diebus decretorijs cap. vltimo facit: quantumvis 6, epidemion parte 71. cap. 19. accutus morbus ex celerita-

ritate motus, omiſſa magnitudine explicuit, quia ad id de quo ibi agebat, non erat opus magnitudinem conciderare. Duo ergo repiriuntur tanquam neceſſaria in morbo accuto: magnitudo ſcilicet aliqua ex his tribus, à nobis in ſuperioribus poſitis, & celeritas motus, vt Galenus explicat 3. de criſibus cap. 4. & 3. de diebus decretorijs cap. 18. quando ſcilet brevi temporis ſpatio morbus percurrit tempora vniuerſalia accutus eſt; morbus autem cronicus, ſeu longus eſt tardi motus, quia labores, ſeu acceſſiones ſive ſymptomata non adveniunt brevi tempore, ex quo fit, vt quamvis æger poſſit interire ex diuturno morbo non tamen talis dicitur accutus, nec propriè periculoſus, nam periculoſum colligitur ex Ariſt. 2. rhetor ad Theodectem. cap. 5. eſt *apropinquatio futuri periculi, quod timetur*. Vnde periculum devet eſſe propinquum, nam res quæ maxime diſtant, non timentur, nec mors, quæ futura eſt longo temporis ſpatio: ex quo colligitur: poſſe eſſe aliquem morbum magnum, & non accutum, preſertim ſi ſit magnus in eſſentia: nam cum magnitudine, bene ſtat tarditas motus; poteſt ſimiliter morbus brevi tempore finiri abſque eo, quod ſit accutus, vt contingit in febre diaria: talis enim proprie appellatur morbus brevis, non tamen accutus; aut diuturnus.

Vnde facile poſſet quis illam ſolvere dubitationem, qua quæritur: vtrum febris tertiana exquiſita ſit morbus accutus? nam communis medicorum opi-

nio tenet affirmativam partem, èx eo quod dictum ab Hypp. 2. prog. cap. 4. *dum pedes, & manus frigidæ sunt ventre, costis que calentibus læthalæ.* Inter alia vero, quæ Galenus reffert in explicatione huius sententiæ, dicit: accipiendas esse illas febres accutas, quæ in principio invassionis habent rigorem, aut refrigerationem extremorum: tales enim sunt tertianæ exquisitæ; g°. sunt accutæ; & 3. aphorismor. cap. 29. dum explicat hanc sententiam Hypp. *juvenibus autem sanguinis spuitiones, febres accutæ, morbus comitialis, &c.* inquit Galenus non simpliciter accutas febres intelligere (nam aliquæ etiam accidunt pueris) sed tertiana, & causos, tales enim sunt accutæ, & biliosissimæ. Quod etiam ex Avic. colligitur prima quarti, tract. 4. cap. 1. *ex accutis valde sunt spasmus siccus, apoplexia, squinantia; febris vero tertiana, & causos, ex accutis non valde*; sed si quis concideret ea, quæ Galenus docet,, convenire morbo accuto, inveniet profecto, tertianam exquisitam proprie morbum accutum non esse: nam vt dicebamus de ratione morbi accuti est magnitudo, & quod brevi tempore adveniant pericula, ex eo colligitur morbum periculosiorem esse. Tertiana vero exquisita est sine periculo, vt pote quia intermitens, si enim morbus accutus non haberet periculum diuturnum, posset febris diaria dici morbus accutus, quod maxime reddit Galenus 3. de diebus decret. cap. vltimo, & probatur; quia diaria febris posset

 esse

esse magnus morbus, maxime magnitudine essentię, & cum hoc brevi tempore terminatur: go. si deficit ab accuto morbo, ideo est: quia periculo vacat: cum ergo periculum absit a tertiana exquisita: necessario dicendum est, non esse proprie morbum accutum.

Locis vero in contrarium adductis, tantum appellant authores morbum accutum tertianam exquisitam: non iuxta omnem conditionem requisitã, sed solum appellatione a celeritate motus sumpta, quia scilicet septem circuitibus terminatur.

Ulterius potest dubitari: an iuxta traditam definitionem morbi accuti possit reperiri sine febre? quia pro parte negativa videtur Hypp. primo epidemion. parte 3. vbi dixit: *morbi maximi accutissimi, & valde læthales cum continua febre,* & Galenus in commento asserit; vera dixisse Hyppoc. quomodocunque intelligatur continua febris, sive talis sit sinochus, sive ea, quæ accessiones habet, & 1°. accutorum cap. 8. recte antiquos appellare morbum accutum phrenitidem, & omnem habentem coniunctam febrem continuam ait, & c. 18. eiusdem libri statuit: hanc esse naturam accutorum morborum.

Sed dicendum est: morbum accutum posse reperiri sine febre; id docet Galenus 2. aphor. 19. vbi apoplexiam, choleram morbum, tetanum accutos morbos statuit; & tamen constat sæpe sine febre contegisse. Eandem refferto sententiam cap. 30. eiusdem libri, & colligitur ex Hypp. 1. progn. cap. 21.

 vbi

vbi dicit: bonam reſpirationem maximam vim habere ad prædicendam ſalutem in accutis morbis, qui cum febre ſunt; vbi inſinuat aliquos eſſe accutos morbos, qui febre carent, & id verum videtur: nam ſi in ratione morbi accuti ea continentur, quæ diximus: ſcilicet magnitudo cum celeritate periculi, & hæc duo in apoplexia reperiantur, & alijs morbis ſimilibus ſine febre, non eſt cur exiſtimandum ſit cõtinuam febrem in morbo accuto neceſſario reperiri.

Teſtimonia vero Galeni, quæ videntur pugnare contra hanc partem, ita devẽt explicari: quod in definitione morbi accuti, cum dicitur eſſe velocem, non ſolum intelligitur de locali motu, ita vt quidam morbi accuti velocem motum localem habeant, vt contingit in apoplexia, in qua humor movetur velociter ad cerebrum, ſed etiam intelligi devet de motu alterationis, vt contingit in febre putrida, in qua materia alterationis per coctionem, aut putredinem movetur, eſt autem diverſitas inter hos motus ex parte excrementorum, nam in prioribus non apparent ſigna diverſitatis motus: in altero autem morborum genere apparent, vt in vrina, ſputo, aut deiectione. Quando ergo dictum fuit ab Hyppoc. & Galen. morbos accutos habere coniunctam febrem, non eſt ſermo de omnibus in communi, ſed de illis tantum, qui habeant ſigna diverſitatis mutationis in excrementis, reliqui vero morbi accuti poſſunt eſſe bene tales ſine febre.

Oppor-

Opportet tamen vlterius advertere, quosdam esse morbos peraccutos, alios vero accutos absolute: rursus peraccuti, quidam sunt exacte tales, *& sunt qui finiuntur intra quartam diem*: alij peraccuti sunt simpliciter, *& sunt, qui finiuntur septimo die*; horum morborum mentionem facit Hypp. 1₀. aphor. in illo: *vbi morbus peraccutus est statim extremos habet labores, & cætera.* Peraccutorum morborum simpliciter fecit mentionem 1o. accut. tex. 44. vbi iuquit: *sorbitionem, nec multam, nec crassam, &c.* In priori enim textu illa particula *statim*, vsque ad quartum diem extenditur. Accuti etiam morbi sũt in duplici differentia, *quidam sunt exacté accuti, qui terminantur in decima quarta die*: de quibus loquitur Hyppoc. 2. aphor. 23. & sunt accuti simpliciter, absolute, de his meminit eodem libro tex. 24. & 3. prog. cap. 3. alij vero sunt accuti ex decidentia, & sunt, qui ex accutis decidunt, sæpe enim contingit accutum morbum incipere, & transacto aliquo temporis spatio amittere aliquid de celeritate motus, & prorrogari vltra illius terminum, & hi morbi dicuntur accuti ex decidentia.

Sed circa hæc duplex potest esse dubitatio. Prima est: quo pacto dictum sit ab Hypp. 2. aphorism. terminum accutorum morborum esse decimum quartum diem, si quidem aliquando extenditur, vsque ad vigissimum: quam dubitationem vidit Gal. 2. de diebus decretorijs cap. 12. & repræhendit eos,

 qui

qui dixerunt morbum accutum in decima quarta die terminari: raro autem in vigessima die. Respondeo ergo aliter; nimirum, quod proprie accutus morbus in quatuordecim diebus terminatur, si autem aliquis prorrogatur ad vigessimum, ideo contingit, quia habebit aliquam evacuationem imperfectam prius: cuius ratione poterit remitti tanta accuties, & protrahi morbus. Vnde videtur contineri sub his, qui dicuntur accuti ex dicidentia. An vero possit esse aliqua ratio ob quam talis accutorum terminus cognoscatur, explicabitur infra.

Secundo respondet Gal. quod quando dictum fuit ab Hypp. terminum accutorum esse decimum quartum diem: devet intelligi, quod vehementia, & accuties morbi non durent amplius, licet morbus possit durare longiori temporis spatio; contingit enim aliquando morbum permanere pluribus diebus, in quibus non est accuties illa; & colligi potest ex Hypp. 1. epidemion parte 3. in historia Herasimi, qui cum laborasset morbo exacte peraccuto, qui in bonum, aut malum deveret terminari, intra quartum diem, interijt tamen quinto die. Reddit ergo Galenus rationem in commento huius rei admiratus: quia scilicet quantumvis interijsset quinto die fuit tamen dies quartus accutiei morbi: nam primus dies morbi fuit accutus sed mediocriter ægrotans se habuit, id quod confirmatum est experientia: sæpe enim videmus, transacto aliquo temporis spatio, inci-

cipire morbi accutiem, à quo tẽmpore devet medicus incipere dierum connumerationem.

Secunda dubitatio eſt: qua ratione terminus morborum accutorum ex decidentia conſtituatur, vſque ad quadrageſſimam diem, vt conſtat ex Hyppocr. 1. prog. cap. 21. nam videmus ſæpe numero tales morbos in longius tempus extendi, & ita 2. prog. tex. 57. quaſdam ſuppurationes erumpi ſexageſſima die: & lib. epidem. conſtat quoſdam morbos finiri in ſexagexima die, alios vero vſque ad ſenteſſimam extendi. Reſpodetur ita eſſe, ſicut probat experimentum nec Hypp. poſuiſſe quadrageſſimum diem, vt terminum vltimum accutorum morborum, ex decidentia, ſed tantum loco exempli poſitus fuit terminus accutorum morborum ex decidentia in illa ſententia.

Etiam eſt advertendum, id quod diximus circa terminum accutorum morborum, non ſolum eſſe verum dum morbi iudicantur ad ſalutem, ſed etiã dum terminantur ad mortem, quia in vno quoque idem terminus eſt: ita optime colligitur ex Hyppoc. 3. prog. cap. 1. nec obſtat, quod diximus 7. aphor. 3. quod quando in vrina eſt ſedimentum, quod refert farinam craſſiorem, ſignificat longam ægritudinem, & quod id devet intelligi quando terminatur morbus ad ſalutem; at vero ex ipſo Hyppoc. conſtat, quod quando talis morbus habet hoc ſignum in vrina, terminatur brevi temporis ſpatio, tanquam valde

de accutus in mortem. Reſpondetur, quod mens Hypp. non eſt morbos his duobus terminis finiri in ſalutem, aut mortem, ſed tantum, quando vterque per criſim terminatur: ſi vero aliter contingat, poteſt fieri morbum aliquem finiri ad mortem brevius, quam ad ſalutem, preſertim debili exiſtente facultate.

SECTIO VI.

Ex quibus deveant ſumi inditia ad morbos cognoſcendos?

QVoniam in ſuperioribus diximus: morbos iudicandos per criſim cognoſci ex ſpecie, magnitudine, & motu: opportet intelligere, ex quo fonte potiſſimum id deveat cognoſci: reffert enim Hyppoc. 1. epidemion parte. 3. longa ſatis enarratione, quantum conferat morbos cognoſcere, cauſas, & ſympthomata; poſſumus autem in morbis cognoſcere periculum, eſſentiam, & conſtitutionem eorundem. Periculum enim cognoſcitur ex multis, ex natura quidem communi, aut propria docet enim Gal l. ad glauconem cap. 1. quod quia non poſſumus ſemper cuiuſque ægrotantis cognoſcere propriam, & particularem naturam (id enim melius eſſet) opportet naturam communem perfecte cognoſcere, vt quo ad fieri poſſit particularem inveniamus, ita vt quando affectus aliquis eſt, in quo non ſolum ma-

xi-

xime disced t ægrotans à particulari natura, sed etiã communi; existimare opportet talem periculosum esse, si vero secus minime.

Similiter ex ægrotante ipso pussumus cognoscere periculum morbi: nam si is, qui morbo laborat robustus est, & labore patientissimus: modo vero magnopere inquietus, afflictus, & anxietatibus plenus est: statim iudicat medicus: morbum esse periculosum; secus vero si ex propria natura, & conditione magnopere conquæritur, ex qualibet quantũvis minima causa: tunc enim non est cur, quantum ad hoc signum attinet, existimet medicus: periculosum esse morbum. Tum præterea ex his, quæ offeruntur possumus morbi periculum invenire; nam supponamus plurima remedia adhibita esse in curatione morbi, & tamen non prodesse, nec melius se habere ægrotantem: merito existimabitur morbus periculosus: si vero paucis, ac levibus adhibitis remedijs minuitur morbus, existimabitur sine periculo. Præterea ex offerente; nam quo medicus morbos curans magis peritus est, & in arte versatus, si non sanatur, iudicabitur morbus periculosus.

Similiter ex specie morbi; nam quidam ex natura sua sunt periculosi, vt pleuritis, & perineumonia: alij sunt sine periculo, vt febris diaria, & catharrus. Opportet etiam cognoscere morbi essentiam, & constitutionem ex rebus naturalibus: ex aere enim ambiente, accedente, victu, ætate, & temperamen-

to, cognoſcimus: an æger laboret morbo, qui communiter graſſatur? & vtrum ſit morbus periculoſus? necne? nam ſi diſſimilis eſt morbus, magis periculoſus eſt, quam ſi ſimilis extiterit, iuxta Hypp. ſententiam ſecundi aphor. 34. vbi ait; *In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, ætati, habitui, & tempori magis congruit morbus, quam quibus ſecundum nihil horum convenit.*

Præterea etiam ex loquælla ægrotantis, & modo ipſius; nam ſi is ex propria cōditione erat taciturnus, & manſuetus; modo vero plurimum, loquitur ſpecies eſt delirij: ſimiliter ex modo, nam ſi conſuetus erat antea de re militari agere: modo vero de re litterali multa loquitur, etiam eſt delirium, quia non loquitur ſecundum rationem naturalem: ſimiliter ex imaginationibus poteſt medicus eas cognoſcere, non ſolum ex voce, ſed etiam ex ſignis: voce quidem ſi æger dicat expelli tibicines ex angulo domi; ſignis vt ſi manu feſtucas, aut flocos colligat: ex his omnibus licet depræhendere delirium. Tum præterea ex in ſomnis, dum modo non ſint varia, aut tempore coctionis alimenti occurrentia: ſolent enim plurimum conferre, non ſolum ad præſagiendum, ſed etiam ad cognitionem eorum, quę ſuperius diximus; vt licet videre.

Sed dubitatur: an ſit neceſſarium medicum cognoſcere morbum, vt recte curationem inſtituat? an vero fieri poſſit, vt ignorata morbi eſſentia acte procedat

cedat in curationem? videtur hoc esse impossibile, hoc argumento: quia curatio morbi devet fieri per contraria: sed ignorata morbi essentia non possunt cognosci eius contraria: ergo nec curari: minor probatur: quia ignorato vno ex contrarijs etiam alterum ignoratur: quam rationem etiam insinuat, Avic. fen. 1. cap. 1. vt in eodem capite dicit: *si ignoras, quæ sit ægritudo; relinque eam naturæ, nam aut sanabit, aut manifestabit ipsam.* & fen 1. quarti tract. 2. cap. 7. dicit: *& scias, quod impossibile est tibi curare febrem, nisi cognoveris eam.* Vnde Hypp 2. accut. 37. docet: *inconstantes febres sinere opportet donec constent.* Appellantur autem inconstantes febres, quæ nullum habent determinatum circuitum, & consulit Hypp. non esse adhibendam curationem, donec constent, & cognoscantur earum naturæ, & cuius sint essentiæ.

Sed quia vt recte docet Galenus nihil ignorare supra captum hominis esse: existimate aliquam doctrinam, seu methodum esse curandi morbos, qui nõ statim cognoscuntur, meliusque agitur circa ægrotantem incipiendo curationem, quam si desertantur, vsque ad integram cognitionem; nam solet morbus alioquim accutissimus ignorari, & cumplene cognoscitur, iam transacta remedijs occatio est.

Sit ergo certa conclusio: posse medicum commode incipere curationem alicuius morbi ignorata essentia, vt si dubius est; an homo laboret exquisita

tertiana? an vero notha? & similiter; an laboret dolore nephritico, an vero colico affectu, quæ conclusio, in hoc exemplo, ostenditur à Galeno de locis affectis cap. 5. vbi cum laborasset ipse colico affectu, & vitrea pituita, existimauit nephritim esse, & iniecto clystere exoleo rutaceo evacuãte pituitam vitream, cognovit affectonem esse. Quo pacto curabat morbum, quem ignorabat.

Ratione etiam probatur: quia difficultas incognitione morborum reperitur inter morbos similes: sed tales morbi similes non habent dissimilem curationem in priucipio: g. licet tunc ignoretur essentia alicuius morbi bene, & rectê potest institui curatio: maior constat, & minor probatur: quia contraria similium morborum, inter se similia sunt, quod explicatur ita: si dubitat medicus: an morbus, quo laborat æger sit pleuritis, an perineumonia, optime facit si in principio sanguinem mittat; quia isti duo morbi conveniunt, & indicant hoc remedium, ex eo quod commune est vtrique, non cuique proprium; nec enim postulat pleuritis missionem sanguinis, quia est inflammatio pleuræ, sed quia est morbus magnus.

Methodus ergo curandi tales morbos, qui in principio ignorantur est, adhibere remedia sumpta indicatione ad id, quod cognoscitur, nihil agendo circa id, quod ignoratur, vsque dum manifestetur; similiter si quis dubitet: an morbus sit nephritis? an

colicus? optime poterit ex hibere ea, quæ vomitum provocant, & clysteres immittere, atque laxantia medicamenta,& anodina exhibere:nam ex eo,quod in vtroque affectu laborent partes intra ventriculum: optime exhibebimus vomitoria ad revellendum: & quia similiter in vtroque suppræssa est evacuatio per infernam regionem inijcere præcipimus clysteres, & quia dolor est vehemens anodina conveniunt, & laxantia, quæ indicantur ab his, quæ sunt communia vnicuique ex his morbis: non devemus adhibere vsquequo, aliquo signo manifestetur propria cuiusque essentia: nam diuretica medicamenta tunc adhibebimus, quando vrina,quæ tenuis & alva prodibat, exsernitur sabulosa: hoc enim signo depræhenditur in particulari morbum esse nephritim: nec cum datur tale remedium est contra ægrotantem; nam licet in principio cogsceretur essentia huius morbi, non essent adhibenda diuretica; similiter si ignorat medicus: an morbus sit pleuritis, an morbus lateralis ex flactu, optime poterit adhibere fomenta anodina, sanguinis vero missionem prætermittere, nam hoc contra methodum optimā curandi. Hypp. enim 4. accutorum fomenta tentavit ante missionem sanguinis,ad cognoscendum scilicet, an sit pleuritis adeo venigna, & exigua, vt non postulet sanguinis missionem, quæ magnum remedium est:sic enim 6. epidemion curavit pleuritidem absque sanguinis missione, licet à sanguine orieba-

tur, quia mitis admodum erat.

Secunda ratio ad essertionem probandam sic efformatur: nam indicatio, quæ sumitur à communioribus est prior ea, quæ sumitur ab eo quod magis particulare est; ita vt quæ sumitur ab essentia morbi sit posterior in exsequutione, vt patet ex exemplo febris putridæ: ergo bene potest procedere curatio in principio ignorata essentia morbi, quovsque sit occassio optimæ indicationis, quod sane verum est in curatione regulari.

Tertio probatur; quia essentia morbi magni, & concistentia sunt diversa, & ex diversis habent cognitionem: nam essentia ex signis pathognomonicis: magnitudo, vel ex magnitudine eorum accidentiũ, vel ex supervenientibus: constitutio ex brevitate accessionum, aut accidentium, quæ sunt cum periculo: g. cum accuties morbi includat magnitudinem, potest cognosci accuties, & magnitudo ignorata essentia morbi, & similiter virium robur; quia huius cognitio potius ex actionibus facultatum, quam ex morbo dependet: optime erg. medicus ignorata morbi essentia poterit commodum victum instituere, qualis dependet ex morbi constitutione, poteritque magnum auxilium adhibere cognita, morbi magnitudine cum virium robore.

Vltimo probatur ex Gal. sent. lib. artis medic. ad cognoscendos morbos sæpe sumitur indicatio à iuvantibus, & lædentibus, at vero si opportet à

prin-

principio ante inceptam curationem cognoſcere morbum, nunquam ex adhibito remedio iuvante, aut lædente liceret devenire ad cognitionem morbi: vnde non agitur contra ſalutem ægrotantis, quando medicus de alicuius morbi eſſentia contendit: nam bene poſſunt adhiberi commoda præſidia, licet circa morbi eſſentiam non conveniant; idem autem quod dictum eſt de eſſentia morbi, etiã de ipſius cauſa, aut de parte affecta aſſerendum eſt, ita vt recte poſſimus curationem inſtituere, & incipere licet ignoremus cauſam facientem morbum, & partem affectam: exempli gratia: poteſt medicus cognoſcere morbum, quo aliquis laborat eſſe epileptiã, quia videt ægrotantem ſine ſenſu incidere, cum frequentibus motibus convulſivis, & ſpuma circa os: ignorat ergo an ex pituita, vel ex melancholia procedat, & ſimiliter an talis morbus ſit per propriam paſſionem capitis, aut per conſenſum cum ventriculo, vel alia parte: nihil tamen obſtat quim poſſit medicus adhibere remedia revellentia, à capite, vt per frictiones, cucurbitulas, ligaturas, & vlterius per ſanguinis miſſionem: quia omnia hæc remedia petuntur ab eo, quod eſt commune; talis ergo methodus devet ſervari in horum morborum curatione.

Quia vero in contrarium obijciebamus: facile poſſunt ſolvi dicta argumenta, & ideo ad primum reſpondeo: verum eſſe curationem faciendam eſſe per contrarium, tamen in hoc eventu ſemper adhi-

bemus contrarium ei, quod cognoſcitur, quando autem aſſerit Avic. impoſibile eſſe curare febrem, niſi prius cognoſcamus eam, loquitur de perfecta, & integra curatione, quæ continet omnes indicationes, vſque in vltimam, quæ ſumitur ab eſſentia febris.

Vnum tamen hic addit author, quod indiget animadvertione, ſcilicet, quod ſi non cognoveris febrẽ ſubtilies regimen, quod etiam cp. 8. aſſerit ita: *quod ſi tibi non fuerit conſpicua diſpoſitio, quæ eſt in ægritudine, melius eſt victum ſubtiliare, quam addere;* ideſt opportet detrahere potius de cibo, quam addere, quam ſententiam repræhendit Vallc. 8. lib. controver. cap. 2. ex eo quod inſtitutio victus, ſecundum tenuitatem: aut craſſitiem dependet ex conſtitutione morbi: ſed non poteſt hæc cognoſci ignorata eſſentia morbi: ſed poteſt medicus recte inſtituere: tum præterea, quia morbi, qui dependẽt ex fluxione humorum poſtulant in principio tenuiorẽ victum: alij vero pendentes ex materia craſſiorem: ergo non poteſt in vniverſum eſſe verum; quod ſi non cognoſcamus in principio morbum, adhibeamus tenuiorem victum. Aſſerit vlterius, quod ſi aliqua ratione poteſt habere verum Avic. ſententia eſt non ſumpta indicatione á morbo, aut eius cauſa, à materijs communibus, quæ ſunt in ventriculo, & inteſtinis: vt enim tales per inediam conſumantur opportet in illo eventu regimen ſubtiliare, & attenuare.

Hæc

Hæc tamen interprætatio non videtur consona dictis Avic. quia potius exhibet illis verbis rationem cognoscendi febrem, quæ ignoratur: cognoscitur enim exhibito tenuiori alimento, nam tunc, vt pote causa morbi facta sinseriori, magis augentur sympthomata, ex quibus possumus devenire ad cognitionem morbi: vt si morbus pendet ex bile prohibito alimento magis os amarescit, & præterea si fluit ad ventriculum maior anxietas sentitur, facta bilis acrior, & mordacior, & sic de cæteris.

Vt autem his, quæ Val. obijcit satisfaciamus, opportet attendere ea, quæ diximus supra: probavimus enim posse cognosci morbi constitutionem, ignorata essentia, atque adeo recte victum institui, tum vlterius licet morbi pendentes ex fluxu crassiorem expostulent victum in principio, quam in vigore, tamen bene possumus instituere victum tenuiorem, quam per bonam valetudinem, presertim cum hæc, quæ obijciebat, contra explicationem à nobis traditam verum non habeant.

52. Omnia secundum racionem facienti, si non succedat secundum rationem: non est transeundum ad aliud stante eo, quod à principio visum est.

53. Quicumque alvos humidas habent, siquidem iuvenes fuerint in melius degunt, his qui siccas habent; ad senectam vero deterius degunt; nam senescentibus magna ex parte exsiceantur.

54. Magnitudo corporis iuventæ quidem, neque indicens neque illiberalis, senectæ vero invtilis, & deterior parvitate.

LIBER III.

1. MVtationes temporum potissimum pariunt morbos, & intemporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione eodem modo.

2. Naturarum hæ: quidem ad æstatem, hæ: vero ad hyemem bene, male ve se habent.

3. Morbi quoque alij ad alia bene, vel male se habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.

4. In temporibus quando eadem die: modo calor, modo frigus fit: autumnales morbos expectare oportet.

5. Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi caput gravantes, pigri diſolventes: quando huius cemodi tempeſtas prævaluerit, talia in morbis patiuntur: at ſi aquilonia fuerit, tuſſes, fauces, alvi duræ, difficultates vrinæ, horrores, coſtarum dolores, & pectoris, quando hæc tempeſtas prævaluerit talia in morbis expectare opportet.

6. Quando æſtas fit veri ſimiles ſudores in febribus multos expectare opportet.

7. In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, & ſi annus magna ex parte talis fuerit; qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimum morbos opportet expectare.

8. Inconſtantibus temporibus, cum tempeſtive tempeſtiva redduntur; morbi conſtantes, & boni iudicij fiunt: in inconſtantibus autem inconſtantes, & mali iudicj.

9. Autumno morbi acutiſſimi, atq exitiales maxima ex parte, ver autem ſaluberrimum, & minime exitiale.

10. Autumnus tabidis malus.

11. De temporibus ſiquidem hyems ſicca, & aquilonia fuerit, ver autem pluvioſum, & auſtrale neceſſe eſt æſtate febres acutas fieri, & lippitudines (græci ophthalmias vocant) & dyſſenterias, præcipue vero mulieribus, & viris qui natura ſunt humidiores

12. Si vero hyems auſtralis, & pluvioſa, & clemẽs fuerit, ver autem ſiccum, & aquilonium; mulieres quibus partus ad ver in eſt ex quacumque ocaſſione abortiunt, quæ vero parient imbecilles, & morbidos

in-

infantes pariunt, quare, vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valetudinarij vivunt. Cæteris vero mortalibus diſenteriæ, & lippitudines ſiccę fiunt: ſenioribus autem diſtilationes, quæſito interiment.

13. Si vero æſtas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus vero pluvioſus, & auſtralis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tuſſes raucedines; atque gravedines, quibuſdam, autem & tabes.

14. Si vero aquilonius, & ſiccus, his qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet, reliquis autem erunt lippitudines ſiccæ, febres acutæ, & gravedines, non nullis vero, & atræbiles.

15. Ex ani autem conſtitutionibus (quod in totum dixerim) ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ.

16. Morbi in pluviarum multitudine magna ex parte fiunt, febres longæ, alvi profluvia, putredines, morbi comitiales, aplopexiæ, & anginæ. In ſiccitatibus autem tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrinæ, & dificultates inteſtinorum

17. Quotidianæ autem conſtitutiones aquiloniæ quidem corpora denzant, & robuſta, & bene movilia coloratiora, & melius audientia faciunt, & alvos exſiccant, & oculos mordent, & ſi pectus dolor aliquis obſederit dolorem augent, auſtrinæ diſolvunt corpora, & humectant auditum obtundunt, capita agravant, & vertigines faciunt, oculis, atque corporibus dificilem motum præſtant, & alvos humectāt.

18. Per

18. Per tempora anni vere quidem, & prima ætate pueri, & qui hos ſequuntur ætate, optime degunt, & ſani ſunt maxime: æſtate vero, & autumno vſque ad aliquid ſenes, reliquum, & hyeme, qui mediam ætatem habent.

19. Morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam vero magis in quibuſdam ipſorum & fiunt, & exacerbantur.

20. Vere etenim furores, & atræbiles, & morbi comitiales, & profluvia ſanguinis, & anginæ, & gravedines, & raucedines, & lepræ, & tuſſes, & impetigines, & vitiligines, & puſtulæ vlceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores.

21. Æſtate autem non nulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & quartanæ, & vomitus, & alvi profluvia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris vlcerationes, & genitalium putredines, & ſudamina.

22. Autumno vero, & plurimi æſtivi morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, & aquæ inter cutem, & tabes, & ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum, & coxendicum dolores, & anginę, & anhelationes (quas Grępci aſthmata vocant) & ilei, & morbi comitiales, & furores, & atræbiles.

23. Hyeme vero morbi laterales, & pulmonis inflammationes, & gravedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, & laterum, atque lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.

24. In ætatibus autem talia contingunt parvis, & nuper natis puerulis, fervida oris vlcera (quæ aphthæ vocantur) vomitus, tusses, vigiliæ, pavores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.

25. In progressu vero cum iam dentire incipiunt gingibarum prurigines, febres, convulsiones, alvi profluvia, & maxime, cum caninos edunt dentes, & ijs præsertim pueris, qui crasissimi sunt, & alvos duras habent.

26. Cum vero magis adoluerint iam tonsillæ, & vetebræ, quæ in occipitio est ad interiora, luxationes, crebi anhelitus, quos Græci asthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ, quas Græci, acro cordanas vocant, satyriæ, strumæ, & alia tubercula, sed præcipue ante dicta.

27. Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluvia sanguinis.

28. Plurimæ autem passiones puerulis iudicantur non nullæ quidem in quadraginta diebus, non nullę in septem mensibus, non nullæ vero in annis septem, quædam vero iam pubem accedentibus: quæ vero permanserint, nec in pubertate finierint, puerulis, aut fæminis cum menstrua erumpunt consenescere consueverunt.

29. Iuvenibus autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alij, sed præcipue antedicti.

30. Vltra hãc ætatem aſthma, ideſt, creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardores, diuturna profluvia, choleræ, difficultates inteſtinorum, levitates inteſtinorum, hæmorrhoydes.

31. Senibus ſpirandi difficultates, deſtilationes cum tuſſi, vrinæ ſtillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum paſſiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alvi, oculorum, & narium humiditates, viſſus obtuſſus, raucedines, auditus graves.

 *LIBER IV.* 

1. VTero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget quarto menſe, & vſque ad ſeptimum, ſed hæ minus, iuniora autem, & ſeniora vereri oportet.

2. In medicationibus talia é ducere é corpore, qualia, & ſponte prodeuntia, vtile: quæ vero contrario modo prodeunt cohibere opportet.

3. Si qualia opportet purgari purgentur, confert, & leviter ferunt, contra vero graviter.

4. Medicare æſtate ſuperiores magis, hyeme vero inferiores.

5. Sub cane, & ante canem difficiles ſunt medicationes.

6. Graciles, & facile vomentes purgare ſuperius,

caventes hyeme.

7. Vomentes vero dificulter, & mediocriter, bene carnosos per inferiora caventes æstatem.

8. Tabidos vero caventes ad superiores purgationes.

9. Melancholicos autem plenius per inferiora eadem ratione contraria opponentes.

10. Medicari in valde acutis si materia turget eàdem die, tardare enim in talibus malum est.

11. Quibus sunt tormina, & circa vmbilicum, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter solvitur in aquam inter cutem siccam firmatur.

12. Quorum alvi intestinorum levitate laborant, hyberno tempore supra purgari malum.

13. Ad elleboros, qui non facile suprapurgantur eorum corpora antepotionem pluri cibo, atque quiete humectanda sunt.

14. Cum biberit quis elleborum ad motiones quidem corporum ducere magis, ad somnos vero, atque quietem minus, indicat autem navigatio turbari motione corpus.

15. Cum volueris magis ducere elleborum, move corpus cum vero sistere somnum facito, & non moveto

16. Carnes sanas habentibus elleborus periculosus, facit enim convulsionem.

17. Si quis febrem non habens abstineat à cibo, & cor-

cordis morſum ſeu vertiginem patitur, & oris amaritudinem ſentit purgatione indigere per ſuperiora ſignificat.

18. Supra ſeptum tranſverſum dolores qui purgatione indigent, per ſuperiora purgatione indigere ſignificant. Quicumque vero inferiora moleſtant per inferiora.

19. Qui in medicamentis purgati non ſitiunt, non quiſecunt prius quam ſitiant.

20. Non febricitantibus ſi tormina acciderint, & genum gravitas, & lumborum dolor; purgari inferius opportere ſignificatur..

21. Deiectiones nigræ (qualis eſt ſanguis niger) ſponte venienres, ſive cum febre, ſive ſine febre peſſimę, & quanto colores pravi fuerint plures tanto magis malum eſt, cum medicamento vero, melius, & quanto colores plures fuerint non malum eſt.

22. Morbis quibus libet incipientibus, ſi atrabilis, vel ſupra, vel infra exierit lethale.

23. Quibuſcumque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſive quovis alio modo extenuatis nigra vilis, ſive vti ſanguis niger de ſubter exierit, poſtridie moriuntur.

24. Difficultas inteſtinorũ, ſi ab atrabile inceperit lethalis eſt.

25. Sanguis quidem ſupra qualiscumque fuerit malus infra autem bonum eſt nigra deijci.

26. A difficultate inteſtinorum habito ſi veluti

car-

carnunculę exierint lethale eſt.

27. Quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo quacumque ex parte: cum reficiuntur alvi ijs humectantur.

28. Quibus bilioſę deiectiones ſunt ſupervenientе ſurditate ceſſant: & quibus ſurditas; ſupervenientibus bilioſis deiectionibus ceſſat.

29. Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt difficile iuditum ſequitur.

30. Quibuſcumque acceſſiones fiunt quacumque hora febris dimiſſerit, ſi eadem cras occupaverit iuditium habent difficile.

31. Laſſitudinem habentibus in febribus: in articulos, & circa maxillas potiſſimum abceſſus fiunt.

32. Quibuſcumque reſurgentibus ex morbis ſi quid laboraverit, hic fiunt abceſſus.

33. Sed & ſi ante morbum aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur.

34. Si à febre habito tumore non exiſtente in faucibus ſtrangulatio repente ſupervenerit, lethale.

35. Si à febre habito collum pervertitur, & vix poteſt devorare ſine vllo tumore lethale eſt.

36. Sudores febricitanti ſi inceperint boni, & tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & ſeptimodecimo, & vigecimo ſeptimo, & trigecimoquarto; hi enim ſudores iudicant morbos; qui vero non ita fiunt laborem ſignificant, & morbi longitudinem, & recidivam.

37. Frigidi ſudores, cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi ſignificant.

38. Qua parte corporis ſudor eſt ibi ſignificat morbum.

39. Et qua parte corporis calor, aut frigus ibi morbus.

40. Et vbi in toto corpore mutationes, & ſi corpus perfrigeretur, vel rurſus calefiat, vel dolor alter ex altero fiat, longitudinem morbi ſignificat.

41. Sudor multus ex ſomno factus abſque cauſa manifeſta corpus vti pluri cibo ſignificat: Si vero cibũ; non accipienti hoc accidat ſcire opportet, quod evacuatione corpus indiget.

42. Sudor multus calidus, vel fridus ſemper fluẽs, frigidus magis, calidus minus ſignificat morbum.

43. Febres quæcumque non intermittentes, tertia die fortiores fiunt magis periculoſæ, qnocumque autem modo intermiſſerint periculum ab eſſe ſignificatur.

44. Quibus febres longæ ijs tubercula, vel labores in articulis fiunt.

45. Quibus tubercula, vel in articulis labores fiũt hi pluribus vtuntur cibis.

46. Si rigor incidat febre non deficiente ægro iam devili lethale eſt.

47. Excreationes in febribus non intermittentibus, lividæ, cruentæ, feridæ, & bilioſæ omnes malæ:

at

at bene exeunt ſive per alvi excretionem, ſive per vrinas bonæ: ſi vero, aliquid eorum quæ iuvant per hæc loca non exernitur malum.

48. In febribus non intermittentibus ſi partes exteriores frigidę, interiores vruntur, & ſitim habeant, lethale eſt.

49. In febre non intermitente, ſi labrum, vel palpebra, vel ſupercilium, vel oculus, vel naſus pervertatur, vel non videat, vel non audiat, iam devili exiſtente corpore, quicquid horum evenerit mors proxima eſt.

50. Vbi in febre non intermittente, difficultas ſpirandi, & delirium acciderit lethale.

51. In febribus abceſſus qui ad primas iudicationes non ſolvuntur longitudinem morbi ſignificant.

52. Quicumque in febribus, vel in alijs morbis ſponte illacrimant, nihil abſurdum, qui vero non ſponte abſurdius.

53. Quibus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur, ijs fortes fiunt febres.

54. Quibus plurimum ſiccę tuſſes leviter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum ſiti infeſtantur.

55. Ex glandularum tumoribus febres omnes malę præter diarias.

56. Febricitanti ſudor ſuperveniens febre non deficiente malum, prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem.

57. Qui â convulſione, aut diſtentione nervorum

rum tenetur febre superveniente, liberatur.

58. A febre ardente habito rigore superveniente, solutio.

59. Tertiana exquisita septenis circuitibus, quod longissimum est iudicatur.

60. Quibus in febribus aures obsurduerunt sanguis ex naribus fluens, aut alvus turbata, solvit morbum.

61. Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidivare.

62. Quibus in febribus morbus regius ante diem septimom accidit malum.

63. Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres solvuntur.

64. Quibus in febribus morbus regius septimo, vel nono, vel vndecimo, vel quarto decimo superve-nerit, bonum, nisi dextra præcordia obduruerint, si vero non, non bonum.

65. In febribus circa ventriculum, & fortis æstus, & cordis morsus malum.

66. In acutis febribus convulsiones, & circa viscera dolores fortes malum.

67. In febribus, & somnis timores, vel convulsiones malum.

68. In febribus spiritus offendens malum, convulsionem enim significat.

69. Quibus vrinæ crassæ, grumosæ, paucæ, non sine febre, multitudo veniens, ex his tenuis iuvat;

præcipue vero tales veniunt, quibus ab initio, vel brevi ſedimen ineſt.

70. Quibus vrinæ perturbatæ quales ſunt iumentorum; ijs dolor capitis vel adeſt, vel aderit.

71. Quibus ſeptima iudicatur ijs nuveculam habet quarta die vrinam rubram, & alia ex ratione.

72. Quibus vrinæ albæ, & perſpicuæ malæ, præſertim ſi in phreniticis appareant.

73. Quibus præcordia ſuſpenſa murmurantia lũbrorum dolore ſuperveniente, ijs alvi humectantur, niſi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo perveniat, hæc vero in febribus.

74. Quibus ſperatur, abceſſum futurum ad articulos, liberat ab abceſſu vrina multa, craſa, & alva facta qualis in laborioſis febribus quarto diequibuſdam incipit fieri; ſi vero etiam ex naribus fluxerit ſanguis, brevi admodum ſolutio fit.

75. Si ſanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut viſicæ exulcerationem ſignificat.

76. Quibus in vrina craſſa exiſtente carunculæ parvæ, aut veluti capilli vna exeunt, ijs à renibus exernitur.

77. Quibus in vrina craſſa ſurfurea quædam ſimul exeunt, ijs veſica ſcabie laborat.

78. Quicumque ſponte ſanguinem mingunt, ijs à renibus venulam ruptam ſignificatur.

79. Quibus in vrinis arenoſa ſubſiſtunt, ijs veſica

 la-

laborat calculo.

80. Si ſanguinem mingant, aut grumos, vel ſtillicidium vrinæ habeant, & dolor in immum incidat ventrem, & pectinem, & ſemen circa veſicam labor eſt.

81. Si ſanguinem, aut pus minxerit, aut ſquamulas, & gravis odor adſit veſicæ exulcerationem ſignificat.

82. Quibus in vrinaria fiſtula tubercula naſcuntur, ijs ſuppuratione facta, & eruptione, ſolutio.

83. Minctio noctu plurima facta parvam ſignificat deiectionem.

 *LIBER V.* 

1. Convulſio ex elleboro lethalis eſt.

2. Convulſio ex vulnere lethalis eſt.

3. Vbi ſanguis plurimus fluxerit, ſingultus, aut convulſio ſuperveniens malum.

4. Ex ſuperflua purgatione convulſio, aut ſingultus ſuperveniens malum.

5. Si ebrius quiſpiam repente obmutuerit, convulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut vbi ad horam pervenerit qua ſolvuntur crapulæ vocem recuperet.

6. Quicumque à diſtintione corripiuntur in quatuor diebus pereunt ſi vero has effugerint ſani fiunt.

7. Quibuſcumque morbi comitiales fiunt ante pubertatem mutationem accipiunt; quibuſcumque

autem vigesimoquinto, commoriuntur.

8. Quicumque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad suppurationem vertuntur.

9. Tabes fiunt maxime ætatibus à decimo octavo vsque ad trigesimum quintum.

10. Quicumque ab angina liberantur, ijs ad pulmonem vertitur, & in septem diebus pereunt, si vero has effugerint suppurantur.

11. Qui tabe molestantur si sputum quod extussiunt grave olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, lethale.

12. Quibuscumque tabe laborantibus capilli à capite deflunt, ij alvi profluvio superveniente moriuntur.

13. Quicumque spumosum sanguinem expuunt, ijs è pulmone eductio fit.

14. A tabe habito profluvium alvi superveniens lethale.

15. Quicumque ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgantur, à die qua fit ruptio liberantur si vero non ad tabem transeunt.

16. Calida vbi quis sæpius ea vtatur hæc mala affert, carnium effæminationem, nervorum incontinentiam, mentis torporem, profluvia sanguinis, animi defectionem, hæc ad quæ mors.

17. Frigida autem convulsiones, distentiones, livores, rigores febriles.

18. Frigida inimica ossibus, dentibus, nervis, cerebro, spinali medullæ calida vero vtilis.

19. Quæcumque perfrigerata sunt ex calefacere opportet, exceptis ijs quibus sanguis fluit, aut fluxurus est.

20. Vlceribus frigida quidem mordax, cutem obdurat, dolorem in suppurabilem facit, liborem obducit, rigores febriles. convulsiones distentiones.

21. Est autem vbi in distentione sine vlceratione iuvene bene carnoso ætate media frigidæ aquæ multa perfussio calorem revocat, calor autem hæc solvit

22. Calida suppuratoria est, non in omni vlcere magnum ad securitatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, convulsiones, & distentiones mitigat, & exijs, quæ ad caput attinent eius solvit gravitatem, plurimum autem confert ossium fracturis, sed nudis præcipue, eorumque maxime qui in capite vlcera habent, & quæcumque à frigore moriuntur, vel vlcerantur, & repentibus comesis sedi, pudendis vtero, vesicæ, his calida amica, & iudicans frigida inimica, & perimens.

23. His frigida vtendum vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa vnde fluit, & quæcumque inflammationes, vel inflammina ad rubrum, & sub cruentum sanguine resenti, tendunt, nã veteribus nigredinem affert, erysipelas etiam non vlceratum iuvat, nam exulceratum lædit.

24. Fligida qualis nix, & glacies pectori inimica, tuss-

tusses movent, & sanguinem, & destillationes.

25. Tumores articulorum, atque dolores absque vlcere, & podragricos quoque atque convulsa horum plurima frigida aqua large effussa, levat, & extenuat, solvitque dolorem, nam modicus torpor dolorem solvit.

26. Aqua, quæ sito calecit, & sito refrigeratur levissima est.

27. Qui noctu bibere apetunt, ijs admodum sitientibus si super dormierint bonum.

28. Sufiftus aromatum muliebria ducit, sæpius vero, & ad alia vtilis esset, nisi capitis faceret gravitatẽ

29. Gravidas purgare turgente materia, à quarto mense vsque ad septimum, minus vero has: resentiores autem, & seniores veteri opportet.

30. Mulierem vtero gerentem capi á morbo acuto lethale est.

31. Mulier vtero gerens sanguine misso ex vena abortit, & magis si fætus sit maior.

32. Mulieri sanguinem evomenti meustruis erumpentibus solutio.

33. Menstruis deficiẽtibus sanguis exnaribus fluẽs bonum.

34. Mulieri vterogerenti si alvus plurimum profluat periculum est ne abortiat.

35. Mulieri quę vterinis molestatur, aut difficulter parit, superveniens sternutatio bonum.

36. Mulieri menses decolores nec per idem semper

per te mpus venientes, purgationem indicant esse ne cessariam.

37. Mulieri vtero gerenti, si mammæ graciles repente fiant abortit.

38. Mulieri vtero gerenti, si alrera mamma gracilis fiat geminos habenti alterum abortit, & siquidem mamma dextra gracilis fiat, marem, si vero sinistra fæminam.

39. Si mulier, quæ neque gravida est, neque peperit lac habet, huic menstrua defecerunt.

40. Quibuscumque mulieribus ad mammas sanguis colligitur furorem significat.

41. Si velis noscere an conceperit mulier, cum dormitura est ei aquam mulsam potandam da, & si alvi tormina patietur, concepit: si minus con concepit.

42. Mulier si marem concepit bene colorata est, si vero fæminam male colorata est.

43. Si mulieris gravidæ in vtero sit erysipelas, lethale.

44. Quæcumque præter naturam tenues existentes vtero gerunt abortiunt prius quam crassescant.

45. Quæcumque mediocriter corpora habentes abortiunt secundo, vel tertio mense sine ocasione manifesta ijs acetabula vteri plena mucoris sunt, & non possunt expondere fætum continere, sed disrumpuntur.

46. Quæcumque præter naturam crassæ non con

ci-

cipiunt vtero, ijs omentum os vteri comprimit, & prius quam extenuentur non concipiunt.

47. Si vterus in coxam verguens suppuratur necesse est linamentum fieri.

48. Fætus mares quidem in dextris, fæminæ in sinistris magis.

49. Vt secundæ procidant sternutatorio imposito, & nares aprehendito, & os.

50. Mulieri si velis menstrua cohibere cucurbitulam quam maximam ad mammas appone.

51. Quæ vtero gerunt ijs vteri os comprimitur.

52. Mulieri vtero gerenti si lac multum è mammis effluit fætum imbecillem significat: si vero māmæ solidæ fuerint fætum significant saniorem.

53. Quæ corrupturæ sunt fætus ijs mammæ extenuantur: si vero rursus duræ fiant, dolor, aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corumpent.

54. Quibus os vteri durum est ijs vteri os comprimi est necessarium.

55. Quæcumque vtero gerentes á febribus corripiuntur, & fortiter extenuantur sine ocasione manifesta difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortum facientes periclitantur.

56. In fluxu muliebri, si convulsio, & animi defectus advenerit malum.

57. Si menstrua plura fiant accidunt morbi, & si non fiant ex vtero morbi contingunt.

58. Re-

58. Recto inteſtino, aut vtero inflammationem patiente, vrinæ ſtillicidium accidit, & renibus purulentis vrinæ advenit ſtillicidium, hepati autem inflammationem patienti ſingultus advenit.

59. Si mulier non concipit, ſcire autem velis ſi concepturaſit, pannis circuntectam de ſubter ſuffias, & ſi odor videatur per corpus ire ad nares, & os, ſcito, quod ipſa non exſe ipſa ſterilis eſt.

60. Si mulieri vtero gerenti purgationes eant impoſibile eſt fætum eſſe ſanum.

61. Si mulieri ceſſent purgationes, neque febris, neque rigor ſuperueniat, & faſtidia incidant, iudica ipſam in vtero habere.

62. Quæcumque frigidos, & ſpiſſos vteros habent non concipiunt, & quæcumque præhumidos vteros habent: non concipiunt ſtinguitur, enim in eis genitura: & quæcumque ſiccos magis, & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen, quæcumque vero ex vtriuſque mediocrem habent temperaturam, hæ fæcundæ ſunt.

63. Similiter autem, & in maribus, aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extrafertur, vt ſemen non tranſmitatur ad os, vel propter ſpiſſitudinem humor non exit foras, vel propter frigiditatem non concalecit, ita vt ad hunc colligatur locum; vel proter caliditatem hoc idem accidit.

64. Lac dare caput dolentibus malum, malum vero, & febricitantibus, & quibus præcordia ſuſpenſa

murmurant, & siticulosis, malum autem, & quibus in febribus acutis biliosæ sunt deiectiones, & quibus sanguinis multi deiectio est: convenit autem, & tabidis dare, qui non valde multum febricitant, & in febribus longis, & parvis, si nullum exsupra dictis signis affuerit, & præter rationem consumptis.

65. Quibus tumores in vlceribus apparent non conveluntur maxime, neque insaniunt, verum his evanescentibus repente, quibus quidem atergo convulsionis, & distentiones fiunt, quibus vero in anteriori parte insania, vel dolor lateris acutus, vel suppuratio, vel difficultas intestinorum, si tumores sunt rubicundi.

66. Si in vulneribus fortibus, & pravis, tumor non appareat ingens malum.

67. Molles boni, crudi vero mali.

68. Dolenti partem capitis posteriorem in fronte recta vena incissa, prodest.

69. Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & perdorsum ad caput, sed, & viris parte corporis posteriore magis, quam anteriore, veluti femorum, cubiti; sed, & cutis rara; inditio autem est pilus.

70. A quartanis capiti, non admodum á convulsionibus capiuntur, si vero prius capiantur, & quartana supervenerit liberantur.

71. Quibus cutes circuntenduntur aridæ, & duræ sine sudore moriuntur; quibus vero laxæ, & raræ,

cum

cum sudore moriuntur.

72. Qui regio morbo laborant non multum ventosi sunt.

 *LIBER VI.* 

1. IN longis levitatibus intestinorum si ructus acidus fiat qui prius non erat signum bonum.

2. Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur; quibus vero contraria salubrius degunt.

3. In longis difficultatibus intestinorum inediæ exfastidio, malum, & cum febre peius.

4. Vlcera circum glabra prava sunt.

5. Dolores, qui sunt ex lateribus, & pectoribus, atque alijs partibus an multum differant perdiscendũ.

6. Renum, & vesicæ vitia in senioribus difficulter sanantur.

7. Dolores ventris sublimes, leviores; qui vero non sublimes, fortiores.

8. Aqua inter cutem laborantibus, vlcera in corpore facta difficulter sanantur.

9. Latæ pustulæ non admodum pruriunt.

10. Caput dolenti, & circumdolenti, pus, vel aqua, vel sanguis efluens per nares, aut os, aut aures, morbum solvit.

11. Atrabile vexatis, & phreniticis hæmorhoydes supervenientes, bonum.

12. Adiuturnis sanato hæmorrhoydibus si vna nõ

servatur periculum est aquam inter cutem, vel tabem, advenire.

13. A singultu habitum, sternutatio superveniens liberat.

14. Ab aqua inter cutem habito, si aqua évenis in ventrem defluxerit, solvitur morbus.

15. A longo alvi profluvio habito, spontaneus vomitus superveniens, morbum solvit.

16. A morbo lateri, vel pulmonia habito alvi profluvium adveniens malum.

17. Lippientem alvi profluvio corropi bonum.

18. Vesica discissa, aut cerebro, aut corde, aut cepto, aut aliquo extenuoribus intestinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale est.

19. Cum descissum fuerit os, aut cartilago, vel nervus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coalescit.

20. Si in ventrem sanguis præter naturam effunditur necesse est suppurari.

21. In insanientibus si varices, vel hæmorroydes supervenerint insaniæ solutio.

22. Quæcumque rupta ex dorso ad cubitum decendunt venæ sectio solvit.

23. Si timor, atque mæstitia longo tempore persevérent, ex eo atrabilis significatur.

24. Si quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit.

25. Erysipelas ab exterioribus verti ad interiera non

non est bonum: ab interioribus autem ad exteriora bonum.

26. Qui in febribus ardentibus tremores fiunt delirio solvuntur.

27. Quicumque suppurati, aut aquam intercutem patientes vruntur, aut secantur, si pus, aut aqua, vniversim efluxerit omnes moriuntur.

28. Eunuchi, neque podraga laborant, neque calvi fiunt.

29. Mulier podraga non laborat nisi menstrua defecerint.

30. Puer podraga non laborat ante vsum venereorum.

31. Dolores oculorum meripotio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicamentum epotum solvit.

32. Balbi, ab alvi profluvio longo maxime capiuntur,

33. Qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntur.

34. Quicumque calvi sunt ijs magnæ varices non fiunt, quibus vero calvis varices magnæ superveniunt, ij rursus capillati fiunt.

35. Aqua inter cutem laborantibus tussis superveniens malum.

36. Difficultatem vrinę vena secta iuvat: secare vero interiores.

37. Ab angina habito, si tumor fiat in collo bonum, foras enim morbus deducitur.

38. Cancros ocultos omnes, melius est non curare, curati enim sito pereunt, non curati vero longius tempus perdurant.

39. Convulsio fit, vel ex repletione, vel inanitione, ita vero, & singultus.

40. Quibus dolor circa præcordia fit absque inflammatione, his febris superveniens dolorem solvit.

41. Quibuscumque suppuratio in corpore existens, non innotescit, ijs ob crassitudinem puris, aut loci non innotescit.

42. Morbo regio laborantibus, si fiat hæpar durum malum.

43. Quicumque lienosi à difficultate intestinorũ capiuntur, ijs superveniente longa difficultate intestinorum, aqua inter cutem, aut levitas intestinorum advenit, & moriuntur.

44. Quibus ex stillicidio vrinæ ileos supervenerit, in septem diebus pereunt, nisi febre superveniente satis vrina fluxerit.

45. Vlcera quæcumque annua sunt, aut etiam diuturniora, os abcedere es necessarium, & cicatrices cavas fieri.

46. Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt ante pubertatem, moriuntur.

47. Quibuscumque venę sectio, vel purgatio cum me-

medicamento convenit, hos vere purgare, vel venam incindere opportet.

48. Lienosis difficultas inteſtinorum ſuperveniẽs bonum.

49. Quibuſcumque morbi podagrici fiunt, ij ſedata in quadraginta diebus inflammationne finiunt.

50 Quibuſcumque præcinditur cærebrum, ijs neceſſe febrem, & bilis, vomitum ſupervenire.

51. Quicumque ſani dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris aprehenderit.

52. Opportet vero, & conciderare oculorum in dormientibus ſuſpectiones; nam ſi quid alvum non commiſſis palpebris ſub inſpicitur, neque ex alvi profluvio, aut medicamenti potione iſtud contingat malum eſt, ſignum & lethale valde.

53. Decipientæ; quæ cum riſſu fiunt ſecuriores: quæ vero cum ſtudio periculoſiores.

54. In acutis paſſionibus, quæ cum febre ſunt, luctuoſa ſuſpiria malum.

55. Dolores podagrici vere, & autumno magna ex parte moventur.

56. In morbis melancholicis ad hæc periculoſſi decubitus ſtuporem corporis, vel convulſionem, vel furorem, vel cæcitatem ſignificant.

57. Aploplexiæ autem fiunt maxime, á quadrageſſimo anno, vſque ad ſexageſſimum.

58. Si omentum excidat, necessario putrescit.

59. Quibuscumque à coxendicum dolore molestatis exidit coxa, & rursus incidit, ijs mucores superveniunt.

60. Quibuscumque à coxendicum dolore molestatis diuturno exidit coxa ijs crus tabescit, & claudicant, si non vrantur.



LIBER VII.



1. IN morbis acutis frigus partium extremarum, malum.

2. In osse ægrotante caro livida malum est.

3. A vomitu singultus, & oculorum rubor malum.

4. A sudore horror non bonum.

5. A furore difficultas intestinorum, vel aqua intercutem, vel mentis alienatio bonum.

6. In morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones syncêræ malum.

7. Ex multa potione rigor, & decipientia malum.

8. A tuberculi intus ruptione, exsolutio, vomito, aut animi defectio fit.

9. A profluvio sanguinis decipientia, ac convulsio, malum.

10. Ab ileo vomitus, singultus, decipientia, vel convulsio malum.

11. A morbo laterali inflammatio pulmonis malum.

12. A

12. A pulmonis inflamatione phrenitis, malum.

13. Ab æstibus fortibus convulsio, aut distensio, malum.

14. In capitis ictu obstupescentia, & decipientia malum.

15. A sanguinis sputo puris sputum malum.

16. A puris sputo phthisis, & fluxus, cum vero sputum retinetur moriuntur.

17. In hæpatis inflammatione singultus malum.

18. In vigilia convulsio; vel decipientia.

19. In ossis exustione erysipelas.

20. Ab erysipelate putredo, aut supuratio.

21. A forti in vlceribus pulsu, profluvium sanguinis.

22. A ventris dolore diuturno suppuratio.

23. A deiectione sincera difficultas intestinorum malum.

24. In ossis præcissione decipientia si in vacuum aprehenderit.

25. Ex medicamenti potione cõvulsio lethalis est.

26. In forti dolore ventris, partium extremarum frigiditas malum.

27. Mulieri vtero gerenti si tentio supervenerit facit abortum.

18. Quando os, aut cartilago, aut nervus absinditur in corpore non augetur.

29. Qui alba pituita detinetur si fortis ventris fluxus supervenerit, à morbo liberatur.

30. Quibus in alvi profluvijs excrementa spumosa sunt ijs ex capite pituita defluit.

31. Quibuscumque febricitantibus in vrinis fiunt sedimina veluti farina crassior longam ægritudinem fore significat.

32. Quibus autem biliosa sedimina supra tenuia, acutum morbum significat.

33. Quibuscumque vrinæ distantes sunt, ijs turbatio vehemens in corpore fit.

34. Quibus in vrinis bullæ insident morbum renalem, & longum significant.

35. Quibus insidens pingue, ac acervatum, ijs renum vitium acutum significatur.

36. Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt signa, doloresque circa spinæ musculos fiunt, siquidem circa loca exteriora fiant abcessus quoque exterius futuros specta; si vero dolores magis circa interiora fiant, etiam abscessus expecta futuros interius.

37. Quicumque evomunt sanguinem, si sine febre quidem salutare, si vero cum febre malum: curare vero opportet ad strigentibus, & perfrigerantibus.

38. Distilationes in ventrem superiorem suppurantur intra viginti dies.

39. Si quis sanguinem minxerit, & grumos, & stillicidio vrinæ laboret, & dolor inciderit infermur, & imum ventrem, pectinemque; quæ circa vecicam male se habere significantur;

40. Si linga repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis stupore elanguit, tale est melencholicum.

41. Si senioribus suprà modum purgatis singultus supervenerit non bonum.

42. Si febris non ex bile habeant, multa aqua calida capiti super infussa, solutio fit febris.

43. Mulier, ambidextera non fit.

44. Quicumque supurati vruntur, vel secantur si pus purum fluxerit, & alvum, evadunt; si vero subcruentum, & fæculentum, ac fetidum pereunt.

45. Quorum hæpar suppuratum ad vritur si pus purum fluxerit, & alvum evadunt, in tunica enim his pus continetur, si vero qualis amurca fluat pereunt.

46. Dolores oculorum post meri potionem, & aquæ calidæ balneum, benæ sectione curato.

47. Aqua inter cutem laborans si á tussi habeatur desperatus est.

48. Vrinæ stillicidium, & mingendi difficultatem, vini potio, & venæ sectio folvit, insidere autem interiores.

49. Ab angina habito tumor, & rubor in pectore superveniens, bonum, extra enim vertitur morbus.

50. Quibus cærebrum sphacelatum, idest corruptum est, in tribus diebus pereunt; si vero os evasserint sani fiunt.

51. Sternutamentum fit ex capite calefacto çærebro, aut humectato eo, quod in capite inani, aer

enim intur contentus extra erumpit: sonat autem quoniam per angustum ipsi est exitus.

52. Quicumque hæpar circum dolent, ijs febris superveniens solvit dolorem.

53. Quibus à venis sanguinem mittere confert, ijs vere venam opportet secare.

54. Quibus inter ventriculum, & septum pituita reposita est, & dolorem affert non habens exitum, neque ad alterum ventrem, ijs per venas ad vesicam pituita versa solvitur morbus.

55. Quibus hæpar aqua plenum in omentum erumperit, ijs venter aqua repletur, & moriuntur.

56. Alyce, idest, anxitudo, oscitatio, horror, vinum æquale æquali potu, solvit ægritudinem.

57. Quibus in vrinario meatus tubercula fiunt ijs suppuratione facta, & ruptione solvitur dolor.

58. Quibus cærebrum aliqua ex causa concussum fuerit necesse est statim mutos fieri.

59. Corporibus carnes habentibus humidas famem adhibere convenit, fames enim corpora siccat.

60. Vbi toto corpore mutationes, & corpus perfrigeratur, & rursus calefit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi significatur.

61. sudor multus calidus, vel frigidus semper fluẽs humorem abduci opportere; robusto quidem supra; devili vero infra significat.

62. Si quis cibum febricitanti dederit, vt sano robur sic laboranti, morbus.

63. Quæ per veſicam excernuntur inſpicere opportet ſi talia qualia ſanis excernuntur ; quæ igitur minime ſimilia ſunt his hæc morboſiora ; quæ vero ſunt ſanis ſimilia, hæc minime morboſa.

64. Et quibus deiectiones ſi ſtare permiſſeris, & non moveris, veluti ſtrigmenta ſubſiſtunt, & ſi pauca paucus eſt morbus, & ſi multa multus: ijs confert alvi purgatio, quod ſi alvo non purgata dederis ſorbitiones quanto plures dederis tanto magis nocebis.

65. Quibuſcumque cruda infra deijciuntur, quoniam atrabilis ineſt, ſi plura maior, ſi pauciora, minor eſt morbus.

66. Ex creationes in febribus non intermittentibus lividæ, ſanguineæ, bilioſæ, & fetidæ, omnes malæ; cum vero bene excernuntur, bonum eſt, & per ventrem, & per veſicam, & vbi aliquid ſecedens ſteterit non purgatum, malum.

67. Corpora opportet vbi quis purgare voluerit fluida facere, & ſi ſupra ſiſtere alvum ſi vero infra, humectare.

68. Somnus, vigiliæ, vtraque modum excedentia morbus.

69. In febribus non intermitentibus ſi exteriora frigent, interiora vruntur, & febris habeat, lethale.

70 In febre non intermittente, ſi labrum, aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium pervertitur, ſi non videat, ſi non audiat, & iam debilis ſit, quicquid horum fuerit, mors prope eſt.

71. A pituita alva aqua intercutem supervenit.

72. Ab alvi profluvio difficultas intestinorum.

73. A difficultate intestinorum, levitas intestinorum supervenit.

74. A corruptione abscessus ossis.

75. A sanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio supra, in tabe fluxio ex capite. influxione alvi profluvium, in alvi profluvio astritio purgationis, superioris, in astrictione mors.

76. Qualia fuerint vesicæ, aut alvi excrementa, & ex carnibus, & sicubi alibi natura corpus exierit, si parum paucus est morbus, si multum multus, si valde multum, lethale est.

*** ***

***



APHO-



APHORISMI AD febres pertinentes.

Libro.	Aphor.
De tertiana.	
3.	21.
4.	43.
4.	59.
De qartana.	
2.	25.
3.	21.
3.	28.
5.	70.
De quotidiana.	
3.	17.
4.	63.
De cauſone.	
3.	21.
4.	54.
4.	58.
6.	26.
De acuta febre.	
1.	14.
2.	19.
2.	7.
3.	11.
3.	9.
4.	37.
4.	66.
6.	55.
7.	1.
De febribus longis.	
2.	25.
2.	28.
3.	16.
3.	27.
4.	36.
4.	44.
4.	51.
4.	53.
5.	65.
De febre continua.	
3.	21.
4.	43.

Li-

Libro.	Aphor.
4.	53.
4.	54.
4	55.
4	60.
4	62.
4.	64.
4.	65.
4.	66.
4.	67.
4.	68.
4.	69.
4.	74.
6.	26.
6.	44.
6.	50.
6.	51.
6.	54.
7.	31.
7.	37.
7.	69.

De victu omnibus febricitantibus convenienti.

1.	11.
1.	14.
1.	16.
1.	19.
4.	17.

Libro.	Aphor.
4.	27.
6.	3.

Aphorismi ad morbos particulares spectantes iuxta ordinem à Rasi in 9. ad Almansorem observatum.

Libro.	Aphor.

De dolore capitis.

3.	13.
3.	17.
3.	23.
4.	70.
5.	22.
5.	28.
5.	68.
5.	69.
6.	10.
6.	51.
7.	14.

De letargo.

3.	30.

De apoplexi

2.	42.
3.	16.
3.	15.
3.	13.

Libro.	Aphor.
7.	23.
7.	56.

De siti.

Libro.	Aphor.
2.	11.
4.	19.
4.	48.
4.	24.
5.	27.
5.	65.

De vomitu.

Libro.	Aphor.
1.	2.
3.	21.
3.	24.
4.	4.
4.	6.
4.	7.
7.	8.
4.	12.
4.	13.
4.	17.
4.	18.
4.	22.
4.	25.
5.	32.
6.	15.
7.	3.

Libro.	Aphor.
7.	8.
7.	10.
7.	38.
7.	47.

De singultu.

Libro.	Aphor.
5.	3.
5.	4.
5.	58.
6.	13.
6.	39.
7.	3.
7.	10.
7.	17.
7.	43.

De affect. hypocond.

Libro.	Aphor.
4.	64.
4.	73.
5.	65.
6.	40.

De affect. hepatis.

Libro.	Aphor.
5.	59.
6.	18.
6.	42.
7.	18.
7.	47.
7.	54.
7.	57.

Libro.	Aphor.
5.	48.
5.	49.
5.	50.
5.	51.
5.	52.
5.	53.
5	54.
5.	55.
5.	56.
5.	57.
5.	58.
5.	59.
5.	60.
5.	61.
5.	62.
6.	29.
7.	8.

De affect. articulorum.

3.	16.
3.	20.
3.	31.
4.	20.
4.	31.
4.	44.
4.	45.
4.	74.

Libro.	Aphor.
5.	25.
5.	28.
5.	29.
5.	30.
5.	46.
5.	49.
5.	55.
5.	59.
5.	60.

Aphorismi ad morbos, qui externi esse dicuntur pertinentes, & ad chyrurgiam maxime convenientes.

De affect. capillorum.

5.	11.
6.	28.
6.	34.

De pustulis.

3.	20.
6.	34.

De tumoribus præter naturam.

4.	34.
4.	35.
5.	25.
5.	56.



LAUS DEO.

